

OFFICIA
ORATIONES
ETC.
M S.
IN MEMBRANIS



LLOYD. WALLIS & LLOYD.

No. 10

ORATIO ELEGANTISSIÃ DECREATIOẼ HOMINIS

IAm ſumme pater architecte deus
hanc quam videmus mundanã
domum, diuinitatis templum
auguſtiſſimum arcanē legibus ſapientie
fabrefeceras. Supercęleſtem regionem mẽ
tibus decoraras, ethereos globos eternis
animis vegetaras, excrementarias ac fecu
lentas inferioris mundi partes oĩgena
animalium turba compleras. Sed opere
abſoluto deſyderabas ſumme artifex
eſſe aliquem qui tantis operis rationẽ
perpenderet, pulchritudinem amaret,
magnitudinem admiraretur. Iccirco
iam rebus cõſummatis oĩbꝫ de producẽdo
homine poſtremo cogitaſti. Verum nec
erat in architypis unde nouam ſobolem
effingeres, nec in theſauris quod nouo
filio largireris, nec in ſubſellijs totius
orbis, ubi uniuerſi cõtemplator iſte ſederet

Iam plena omnia: omnia summis, me
dijs, infimis ordinibz fuerant distribu
ta. Sed non erat paterne potestatis in
extrema fetura quasi effetam defecisse.
non erat sapientie, consilij inopia in re
necessaria fluctuasse. Non erat benefici
amoris ut qui in alijs esset diuinam li
beralitatem laudaturus, in se illam
damnare cogeretur. Statuisti tandem
optime opifex. ut cui dari nihil propriū
poterat. commune esset quicquid pri
uatum singulis fuerat. Igitur indis
crete opus imaginis hominem accepisti,
atqz in mundi positum meditullio sic
es alloquutus. Nec certam sedem, nec
propriam faciem, nec munus ullum
peculiare tibi dedimus o Adam. ut
quam sedem, quam faciem, q̄ munera
tute optaueris, ea pro voto pro tua
sententia habeas et possideas. Definita

ceteris natura intra prescriptas a nobis
leges cohercetur. Tu nullis angustijs
cohercitus, pro tuo arbitrio in cuius
manu te posui, tibi illa prefinies. Mediū
te mundi posui, ut circūspiceres inde
commodius quicquid est in mundo.
Nec te celestem, nec terrenū, neqz mor
talem neqz immortalem fecimus, ut
tuiipsius quasi arbitrarius honorariusqz
plastes et fictor, in quam malueris tute
formam effingas. Poteris in inferiora
que sunt bruta degenerare. Poteris in
superiora que sunt diuina ex tui animi
sententia regenerari. O summā dei
liberalitatem summam et admiran
dam hominis felicitatem. Cui datū
habere quod optat, id esse quod uelit.
quo etiam factum ē. ut seruire ei nul
la dedignetur creatura creataqz.
substantia. Hinc terra et elementa

huic bruta ſunt preſto et famulantur.
Sic enim a natura inſtitutus homo. ut
ratio ſenſibꝫ dominaretur frenareturq;
illius lege, omnis tum ire, tū libidinis
furor et appetentia. Sed oblitterata ima
gine dei per maculam peccati. cepimus
miſeri et infelices ſeruire beſtiis nr̄is. et cum
rege Caldeo diuerſari inter illas, humi pro
cumbere, cupidi terrenorum, obliti patrie
obliti patris, obliti regni et dote in nobis
in priuilegium priſtine dignitatis. ſcilicet.
Homo cum in honore eſſet non intellexit:
ſed comparatus eſt iumentis inſipientibꝫ
et ſimilis factus eſt illis. Verum ſicut oēs
in primo Adam qui obediuit Sathane
magis q̄ deo. cuius filii ſecundū carnem.
deformati ab homine degeneramus ad
brutum. ita in adam nouiſſimo Jheſu
Chriſto filio tuo, qui tuam volūtatem
impleuit, et ſuo ſanguine nequitias.

per te miſericordiam conſequar. ut per te quē
in periculoſo huius vite pelago ī auxiliū
aduocaui ſine naufragio ad optatum
perennis requiei litus perducar. Te itaq;
pater clementiſſime peto. ut qui me prium
tus creaſti: quicquid ad laudem tuam per
tinet. me cogitare facias et amare. Sed q̄r
fragilis ſum, nec poſſum perficere. ſedula
tamen deuotione concedas me ſtudere, ut
redemptionis ac ſaluationis tue grām con
ſequar. Et quicquid deinceps operis aga
ex tua et per tuam et in tua grā, ad laudem
tuam totum peruenire facias, meq; deinceps
tuere a peccatis, et in bonis operibꝫ ſolicito
rem eſſe precipias, et ut q̈diu in hoc corpuſ
culo viuam, aliquid ſeruitii tibi ſemper
exhibeam. Poſt exitum vero aīe mee a corpo
re, veniam oīm p̄ctorum conſequi, et vitā
eternam me percipere concedas. per cū qui
tecum viuit et reg. per oīa ſcla ſclor. Amen.



Deus glorie et domine miſericor
die. unus ſolus et verus deus
et dominus omnium ſeculorum
tua ſunt et tibi debentur ſoli omnis ho
nor et gloria. omnis collaudatio et ma
gnificatio. quia opus tuũ, domĩi tuum
et omne bonũ quodcũqꝫ et qualecũqꝫ
ipſum ſit. Et nos dñe non ſumus niſi
fabricationis tue facture mirabiles a
te unico creatore, autore, et fabricatore
ex ſolis donis beneficiis et operibus
tuis a te ſolo deo vero et vivo mirabiliter
condite et conſtructe. A te accepi deus
glorie et domine miſericordie. ꝙ ſum,
ꝙ vivo. ꝙ ſentio, ꝙ intelligo.
A te accepi animam et corpus et
omnia bona que in anima mea ſunt.
A te accepi pietatis tue dona ſingula
corporis mei membra, ſingulorum
membrorum partes, quarum tu ſolus

et numerum et compoſitiones viresqꝫ omnium
noſti. Sic et vires ipſius anime naturales
ut nec unus pilus in corpore meo ſit. cuius
tu ſolus non ſis fabricator. dator et autor.
Accepi et ſanctificationem baptiſmalem
cum tota numeroſitate virtutum et do
norum tuorum que neceſſarie ſunt unicuiqꝫ
ad recte tibiqꝫ placide vivendum et ad
promerendum eterne felicitatis gloriam
propter quam et ad quam nos creaſti. et
bona hec omnia nobis tribuiſti. Pro his
omnibus ut poſſum. et ut permittunt
tenebroſitas. ariditas omnimodaqꝫ pau
pertas cordis mei. gratias ago tibi. benedico
te. collaudo. magnifico atqꝫ glorifico.

Confiteor et abyſſum ingratitudinum
mearum erga te damnabiliſſimam. quibus
nec debitas gratiarum actiones pro tanta
immenſitate beneficiorum tuorum tibi
unquam retuli.

Confiteor etiam domine miſericordie que
tot et tantis ingratitudinibꝫ meis. intorſiones
nefarias et abuſiones execrabiles donorum
et beneficiorum tuorum. que omnia cum
in honorem et gloriam tuam. obſequiaqꝫ
tibi placita convertere debuiſſem. in mortem
meam et in iniuriam et contumeliam tuam
et in arma etiam impugnationis tue con
vertere non expavi. Et in mortem quidem
meam. dum bona data tua. que mihi vita
eſſe debuerant. et cum quibꝫ erat vita ſpi
ritus mei viciis meis et peccatis in memetipſo
gratuita tua extinxi. Naturalia vero
dona tua graviter leſi et vulneravi. Sed
plures donis tuis ac datis in ſuperbiam
intumeſcens odibilem me tibi et hominibus
effeci. In arma vero impugnationis tue
multa ex donis et datis tuis multotiens
intorſi. Pulchritudinem namqꝫ corporalem
quam dediſti mihi in gladium flammeum

ad exurendas animas per amorem turpitu
dinis illam conuerti et ea diabolum arma
ui, dans eam in manu, id eſt in volũtate
et poteſtate illius. ut in quoſcumqꝫ permit
teretur tranſfigeret et exureret. Adieci etiã
ut gladium iſtum exquiſitis ornatibꝫ
elimarem, ut in ipſo pugnans aduerſũ
me diabolus, maiorem tuarũ ſtragẽ faceret
animarum. Ingenium quod dediſti. nõ
ſolum in vanis et inutilibꝫ atqꝫ ſuper
uacuis immo etiam in noxiis et pernici
oſis tota ſtudioſitate exercui.

Domine miſericordie quotiens totũ
ingenium meum tantum ſibi vendica
uerunt ea que tibi diſplicuiſſe ac diſpli
cere nũc te illuminante cognoſco.

Eloquentiam quam dediſti mihi
quam totam expendiſſe in laudibus
tuis debueram. impugnãde veritati
et iuſticie, adornande falſitati et defendẽ

de iniquitati vel potius armande totam
dedi. Quis enarret vel enunciet vicia et
peccata labiorum meorum? Quis cogi
tare ſufficiat adulationes, mendatia
et vaniloquia quibꝫ labia mea tu ſolus
vides eẽ polluta? Si cantandi vel canendi
gratiã aliquam mihi contuliſti. tu ſcis
quando mihi vel tibi cantauerim. quã
ad laudem et gloriam meam. quod ali
ud peccatum quam ſcelus idolatrie committe
bam. quoniam ſacras cantiones ho
nori tuo conſecratas in meam gloriam
intorquebam. Et propter hoc cultum
tuum qui creator ſolus es mihi creature
tue ſceleſtiſſime impendebam. Quis
ſcrutari ſufficiat abyſſos peccatorum
meorum preter te qui ſolus intueris
abyſſos? Cum aliis autem omnibus
donis ac dotis tuis. quis cogitare ſuffi
ciat diuinas patientie et longanimitati

tis tue quibus tam ingratum et malum in
tot et tantis malis tandiu tam benigne tam
miſericorditer tam dulciter ſuſtines et expec
tas. Sed et modos et vias miras et ineffabiles
tibiq; ſoli notiſſimas tribuis, quib; immen
ſitas bonitatis tue ad miſericordiam tuam
me reuocare non ceſſat. Quis enim ēnarra
ri vel cogitare ſufficiat magnitudinem
et multitudinem donorum exemplorū
tuorum que per officioſiſſima creaturarū
tuarum miniſteria tanq̃ per nuncios
fideliſſimos nobis inceſſanter trāſmittis:
atq; largiris? quare deberent eſſe cōtinue
ad te deuotiſſime grārū actiones noſtre.
Tu autem vides miſerator et miſericors
dñe q̄ rare et plerūq; nulle ſunt. Et ſi in
terdum alique ſunt adeo exigue, exiles,
adeo aride adeoq; tenebroſe ſunt et fere
penitus indeuote, ut nec grārum actiones
debeant computari. Ad ultimū autem

In conſpectu dominantiſſime maieſtatis
tue tanq̃ cumulum incogitabilis largita
tis et beneficentie tue commemoro illud
a ſeculis inauditum omniq; cogitatu
maius chariſſimi ac benedicti vnigeniti
dei ac domini nr̄i Jheſu chriſti īcarnatio
nis ac paſſionis beneficium, cuius nul
le laudes, nulle gratiarū actiones condi
gne excogitari poſſunt. Addo, quod nec
minus reputo quotidianum videlicet
et iuge ſacratiſſimi altaris tui omni ho
nore et veneratione digniſſimū myſte
rium. Domine miſericordie quis ad ta
ta magnalia pietatis et dulcedinis tue
ne dicam condignis vel ſaltē cōgruētib;
grārum actionib; reſpondere ſufficiat?
Qui meorū dānabiliſſimas īgratitudi
nes atque indeuotiones circa veneran
diſſimum altaris tui ſacratiſſimi myſte
rium, nec enarrare, nec enūciare, nec deflere,

nec dolere, nec formidare ſufficio. quibus
me abominabilem execrabilem et omni
virtute et gratiam ſacri myſterii indigniſ
ſimum me feci. Hec omnia mala mea
in conſpectu clementie tue cõmemoro
et exaggero. licet. arido, frigido, tenebroſo
corde paupertimoqꝫ per omnia, ut attē
dere et intendere miſeriis nr̃is tibi oĩbꝫqꝫ
aſtantibꝫ preclare maieſtati tue mi
litiarum libeat. Cuius miſericordia
non ſolum miſeriis nr̃is nunq̄ ſe de
negat. quī potius in benedictionibus
dulcedinis tue nos preueniens preillu
minans nos ut mala noſtra videamus
et preinſpirans, ut nobis diſpliceant,
predonanſqꝫ ut ad tribunal clemētie
tue cum fiducia veniamus et ad īme
ſe pietatis tue vincum tutiſſimūqꝫ
omniū noſtrorū refugium cum ſpe
indubitata ſuſceptionis, liberatiōis

et protectionis tue fugiamus. Non enim
eſt quo fugiamus a te niſi ad teipſum
ab ira tua .ſ. ad miſericordiam tuā Vnde
tu dñe refugium factus es nobis. qui fugi
entes ad te ſemper ſuſcipis. Tu ſolus in q̄
tuti eſſe poſſumus. non ſolūmodo a mal̃
nr̃is. ſed etiam ab vniuerſis hoſtibꝫ nr̃is
et etiam a teipſo cuius miſericordie ſim
patentiſſimus eſt. cuius miſericordie
ſuperabundantiſſime diuitie omnibꝫ
adeuntibus atqꝫ petentibꝫ expoſitiſſiē
ſunt. Amen.

De gladio ſpirituali quo debet mactari
anima in oratione et meditatione ſctā.

Quoniam docuit nos ille ſanctus ac ſapie
tiſſimus Gregorius. gratiam compunctionis
ſuper omnia prouocare preuiſio inferni. tentabo
gladium tuū acuere morte illa. et malis illis
nouiſſimis penalitatis illius īcogitabilis.

Autor animam peccatricem alloquitur

Dico igitur tibi o Infamiſſime pctor
qui nondum diſcedis a morte
iſta tua peſſima, nodum reuerteris ad deū
beatiſſimam vitam, iucundiſſimaqꝫ ſalute
tuam. Qua dementia non times a facie
gladii quem vibrauit ſuper te omīps, qui
capiti tuo impendit. A quo non ē poſſibile
protectionis armaturam eē, nec ullum
effugium. Quare te non tranſuerberat
et in fruſta concidit cor tuū timore horri
bili et terrore inaſſecurabili? An oblitus
es quia ex ore ſedentis in throno vel regno
omnī ſeculorum prodit gladius ex vtraqꝫ
parte acutus (quod eſt dicere) et aīam et
corpus morte perpetua tranſfigens?
Procedit inꝙ incomparabiliter maiore
rapiditate qꝫ fulgur deſcendens ſuper te
vibratione omnipotentis dei, manus
dei ferientis, et nedum timore conciderꝭ,
nedum dolore ſcinderis? Qua audatia


vel ſecuritate ſpectas ſagittas diuini iudicii
contra te extentiſſimi vel intentiſſimi?
An ignoras o miser omni dānatione et
morte digniſſime, quia non eſt tibi defeſio
vel euaſio vel adiutoriū contra dei ferientis
vindictam? An ignoras qꝫ ſit horrendum
incidere in manus dei viuentis et irati?
Non times ignem illum eternū, flāmas
inextinguibiles et ardores ſempiternos?
Times a ſcintilla periodica ignis corporalis,
et non times ab ardoribꝫ immenſis et ſem
piternis? Times a morſu pulicis vnius,
et non times ab ira que cōſumptura eſt
aduerſarios? Nunc miser time, et fuge
dum et timere ſaluberrimum eſt, et fugere
tibi poſſibile. Et patet tibi ille copioſiſſi
mus miſericordie dei ſinus, aut tutiſſi
mum dei refugium. Oblaturus igr͠ pie et
ſancte orōnis ſacrificiū ignē et gladium
tibi aſſume ex his et huiuſmodi. et dic.



Anima mea expaueſce, mens mea deſice, cor meum ſcindere, Quo me rapitis exactores ſceleris mei: quo me trudis, pctm meũ: Quo me tradis, deus meus: Si feci ut eſſem reus tuus, nũquid facere potui, ut non eſſem plaſtes tuus. Si mihi caſtitatem ademi, nunquid tibi miſericordiam tuam peremi: Domine domine ſi ego admiſi unde me cõdemnare potes, tu ne amiſiſti unde ſaluare ſoles: Noli domine noli ſic attendere malũ meũ, ne obliuiſcar bonũ tuũ. Ubi eſt o uerax deus, ubi eſt. Uiuo ego, nolo mortem peccatoris: ſed ut conuertatur et uiuat: Domine qui non mentiris, dñe, quid eſt, nolo mortem pctoris. ſi tu ſepelis i Infernũ ad te clamantem, in te ſperantem, in ſe deſperantem peccatorem: An detrudere pectorem in gehennam

eſt, nolo mortem peccatoris: In hoc eſt. Volo con
uertatur peccator et uiuat. Peccator ſum
ego domine, peccator ſum. Si ergo non uis
peccatoris mortem, quis te cogit quod non
uis, ut me tradas ad mortem. Si uis ut con
uertatur pc̄tor et uiuat, quid te prohibet fa
cere quod non uis ut me conuertas et uiuā:
An immanitas pc̄ti mei cogit te quod nō uis
et prohibet quod uis, cum ſis omp̄s deus
Abſit deus meus. non preualeat nequitia
peccatoris confitentis et dolentis, ſententie
omnipotentis. Memento iuſte deus et be
nigne deus. Memento quia miſericors es
et creator et recreator meus. Ne ergo me
mineris bone dn̄e iuſticie tue aduerſus
pctorem tuū. Sed memor eſto benignitatis
tue erga creaturam tuam. Ne memineris
ire aduerſus reum: ſed memor eſto miſera
tionis erga miſerum. Verum eſt quia cō
ſcientia mea meretur damnationem, et

que precor in te ſuccedebant, cum tā ineſtima
bilem commutationem ab ipſo quem ſuper
omnia diligebas tibi fieri audiebas: Vere
pertranſiuit aīam tuam gladius doloris
qui tibi amarior fuit omnibꝫ doloribꝫ cuiuſ
uis paſſionis corporee. Quicquid enim crude
litatis inflictum eſt corporibꝫ martyrū leue
fuit aut potius nihil comparatione tue paſſi
onis, que innumerum ſua immenſitate tranſ
fixit cuncta penetralia tua, tuiqꝫ benigniſ
ſimi cordis intima. Et utiqꝫ pia dn̄a non
crediderim te potuiſſe ullo pacto ſtimulos
tanti cruciatus quin uitam amitteres ſuſti
nere, niſi ipſe ſpūs uite. ſpūs conſolationis
ſpūs ſcꝫ dulciſſimi tui filii, pro quo moriēte
conquerebaris, tantopere torquebaris te con
fortaret, te conſolaretur, te intus doceret, nō
eſſe mortem eā abſumentem, ſed magis tri
umphum oīa ei ſubiicientē quod in ipſo fieri
coram moribundo uidebas.



In tua o regina mundi dei ge
nitrix illibata virgo maria,
ac veſtrum omnium celeſtis
regni procerum et beate felicitatis coheredū
coram dei throno et agno iugiter aſtan
tiū. tuq; ſacer Euangeliſta Joannes
pudicicie virginalis paranymphe celeſ
tium ſcrutator egregie et diuinorū ſcriba
doctiſſime. tanq̄ in ſingularis autētice
et prerogatiue ſanctitatis et dilectionis
amplioris digniſſime, preſentia. Ego
N. omniū filiorum dei ingratiſſimus,
meritorū pauperrimus, et ſcelerum heu
abundantiſſimus, ab om̄i peccatorū meorū
grauaminibz firmo correctionis propo
ſito et animo ad emendationē vite meli
oris fiducialiter appellandi et lachryma
rū mearū profluuiis a diſtrictiſſima
tua dn̄e iuſticia, ad clementiſſimā boni
tatis tue miſericordiam, prouocandi, dico,

proſiteor. confiteor et propono Q licet ego
peccator impius, indignus et miſerrimus.
tantilla mea tempora pueritie metas. adoleſ
centie curſum, et prouectionem, virilitatis mee
progreſſum, immo omnes vite mee progreſ
ſus. Annos, menſes, dies. horas. et mom̄e
ta, timore tuo poſtpoſito, animo irreue
renti et infrunito cogitatu, deſiderijs et
conatibz malis, voluntate, propoſito et
conſenſu peioribz, necnon opere conſuetu
dine et cōtemptu peſſimis. inceſſanter et
impie tranſegerim, legem tuam peccando
dereliquerim. iuſticias tuas prophanauerī
grām tuam abiecerim, mandata tua non
cuſtodierim, ſalutaria tua conſilia et mo
nita paruipenderim, pietatis opera ſegni
ter neglexerim, dona ſpūs ſeptiformis
mortaliter a me repulerim, beatitudines
et virtutes malicioſe ſpreuerim, eccleſiaſ
ticis me ſacramentis indignū reddiderim,

Temereqꝫ boni, proprieqꝫ ſalutis immemor
peccata commiſerim. Obſeruantias eccleſie
ſancte catholicas et precepta pertinaciter traſ̄
greſſus flagitioſis meis operibz fidem tuam
violauerim, pctis meis rurſum te filii dei cru
cifixerim, omnibz tuis beneficijs et donis
gratuitis ingratus extiterim, flagella
tua licet pauca murmurando ſuſceperim,
In ſuperbia vite, auaricia cordis, inquina
tione mentis et corporis, inuidioſis actibz,
peculiaribz caſtrimargijs, iracundis mo
tibz, accedioſis torporibz, innumeris volup
tatibz, actualibz culpis, mortalibz et cri
minalibz vicijs, venalibz pctis, offenſis
ſpiritualibz, corporis, cordis, et oris iniqui
tatibz. factis illicitis, preſumptionibz teme
rarijs, crebris inobedientijs, negligentijs
et delictis plurimis, et alijs nefandis ex
ceſſibz ex malicia et fragilitate, oībz inte
rioribz et exterioribz meis ſenſibz, te deū

meū grauiter et multipliciter offenderim.
Et his malis proprijs non contentus, ma
la malis accumulans, alijs occaſionem
peccati prebuerim, eos in puteū interitus
mecū traxerim. Peccantibꝫ conſilium
auxilium et fauorem impenderim, exem
plis peruerſis ipſe peruerſus innocentes
peruerterim. Ad pctā que rariſſime fleui
quaſi canis ad uomitum, et ſus ad uolu
tabrum luti, poſt lamenta tanq̄ ea non
planxerim, impudice redierim. Ac p̄miſſa
et oīa alia mea facinora tibi cuncta uidēti
notiſſima, ordine, ſcientia, loco, tempore
et cauſa ultra modū auxerim et aggraua
uerim mala quorum non eſt numerus,
nequiter cōmiſerim, et per ea ſententiam
mortis eterne. qua dicitur (aīa que pecca
uerit ipſa morietur) dānabiliter incurreri,
in iudiciū tuū horrendum et iuſtiſſimū
dn̄e, et in manū tuam dei uiuentis, perni

cioſe nimis inciderim, indignationem tuam
incurrerim a conſortio celeſtis exercitus
me ſeparauerim et ab iniquitate mea in hac
uſqꝫ diem quaſi per talentū plumbi reſi
deo, ut reſurgere non adiecerim promittēte
te premia eterna renuerim, et te morte cōmi
nantem perpetuam, et diuitias bonitatis
patientie et longanimitatis tue, in anime
mee periculum, et ſalutis diſpendium cō
templerim. Tamen tu rex fortis et potens
ultor, metuende, terribilis, et iuſte iudex,
de cuius ore ſedentis in throno procedit
gladius per iudiciū et iuſticiam bis acutꝰ
contra iniuriam, oſtendens mihi boni
tatem et patientiā. ſuſtinuiſti et expecta
ſti ut mihi miſerearis. Prolongaui iniq̄
tatem, et tu bonitatem continuaſti, in
charitate perfecta miſerans dilexiſti me,
attraxiſti, diſſimulaſti propter peniten
tiam omnes tranſgreſſiones meas et

ſcelera mea. Contemptus et ingratitudines
et delicta non improperaſti mihi, beneficia
non detraxiſti propter crimina, toleraſti
patienter omnia mea flagitia, cuſtodiſti
me ne ultra que feci cõmitterẽ grauiora.
Non fecisti mihi ſecundũ pctã mea, nec
iuxta iniquitates meas. Non tribuiſti pro
malis mala, ſed pro malis, bona. Non
intuliſti mihi opprobria, non irrogaſti cõ
micia, retraxiſti manũ ultricẽ vibrantem
ſuper me vindicte gladiũ, diſtuliſti ſentẽ
tie mortis executionem. Suſpendiſti iudi
ciũ et iuſticiam, prorogaſti ſpẽ correctiõis
vite mee terminum, et pctõrum meorum
ultionem digniſſimam uſqꝫ in horã pñtem
miſericorditer auertiſti. In miſerationibꝫ
tuis multis factum ẽ, ut non ſim cõſumpt⁹,
ne perpetuũ ſuſtineam ſaluationis diſpẽ
dium, patrimonii celeſtis iacturam, btẽ
viſionis carentiã, damnum corporis et
anime, dãnationis penam, non moriturũ
vermis dolorem, inextinguibilis ignis
incendium, ſtridorem dentiũ, tenebras,
fletum, luctum, et grauamẽ.

Ex premiſſis igitur dñe, ſi a me faciem
auerteris et miſericordiam deſpexeris, ſi
iniquitates meas obſeruaueris, ſi in ira
tua arguendo me miſericordiã tuã ſub
ſtraxeris, et antique miſericordie recorda
tus non fueris, ſi imperpetuum mihi ira
ſceris et miſericordiã a me pctore ineternũ
abſconderis, ſi iuſticie tue ſolium me iudi
caturus aſcenderis, et oblitus fueris mei
finaliter miſereri. Sciens me pre iniq̇
tatum mearũ multitudine et graui pec
catorum onere me culpabiliter in hac vita
grauatum non indebite, timenſqꝫ veri
ſimiliter ſi tantis tribulationibꝫ adiuto
rem non inuenero, poſt hanc vitam me
plus et multo fortius aggrauari. Ideoqꝫ

IN VIRTVTE LABOR.

deus iudex, iuſte, in his ſcripturis lachryma
rum mearũ atramento conſcriptis. A te
irato et iuſto iudice et a ſententie tue diuine
ad te placatum et miſericordem patrẽ miſe
ricordiarum, qui tardam neſcis miſericor
diam, et cui propriũ eſt miſereri ſemper et
parcere, quia ſuperiorem non habes, cum
tu ſis ſolus altiſſimus et in miſericordia
copioſius. Ad tribunal clementie bonita
tis et miſericordie tue que iudiciũ ſuper
exaltat in ſpe venie, Ego miſer ad te mi
ſericordem, cuius miſericordie non eſt
numerus prouoco et appello. Et te reginã
et matrem miſericordie omneſq; ſanctos
et electos dei. Et ſpecialiter vos iudices
iuſti cõmilitones apl'os peto, et inſtãter
inſtantius inſtantiſſiẽ pro me peccatore
miſerrio ad deum meũ ſuppliciter inter
cedatis, Ac iterum et iterum et cum omni
qua poſſum deuotionis et humilitatis

inſtantia a te cuius miſericordia plena eſt
omnis terra, et per te in celis preparata. et
in eternum edificata grãm et veniam.
Et quia in miſericordia diues es, clemen
tiam et miſericordiam peto mihi dari,
cum ipſe deus meus ſcis, cuius miſeratio
nes ſunt ſuper omnia opera tua. Qui
cum volueris immo omĩ miſereris, et qui
grãm et miſericordiam in quacũq; peccator
hora ingemuero mihi dare poſſis et ve
lis. Subiiciens corpus et aĩam, vitam,
res, ſtatum, et tempora mea, necnon
omnes et ſingulos miſericordie tue ad
herentes ſeu adherere volentes protectiõi
et grẽ abundantiſſime bonitatis et
miſericordie tue dñe deus pater vnige
nite Jheſu Chriſte, et ſpũs orphanorum
paraclete, indiuiduaq; trinitas bene
dicta Proteſtor etiam q' p̃ntem
orõnis mee deuotionem aſpectibus

IN VIRTUTE LABOR

IN VIRTUTE LABOR

tuis ſepius publicare ac mores et vitam au
xilio tuo quanto celerius potero corrigere
et emendare volo.

Rogo etiam te fili dei crucifixe, ut lateris
tui vulneris ſigno, quo illam in cruce pen
dens orōnem. Pater ignoſce illis, quia neſ
ciunt quid faciunt, conſignaſti, et in qua
pro tua reverentia, es exauditus. Hanc etiā
oratiunculam meam divine provocatiōis
miſericordie clementer cōſignes, et eam miſe
ricordie multe facere digneris efficacem.

Requirens te ſacer ſcriba Joannes
quatinus meam pñtem orōnem tibi cōmiſſe
virgini matri cum exorōne pro me publi
ces. Et tu regina miſericordie eam cum
oſtentione pro me pectoris uberū tuorū
quem genuiſti, dei filio notifices.

Et tu quoque fili clementiſſime eā patri cū
oblatione pro me paſſionis ſanguinis
vulnerum tuorum et mortis, offeras,

acceptabilemque facias alme trinitati, ut
per eam et alia pietatis opera, gratiam
et miſericordiam, peccatorum remiſſionē
et veniam, requiem et vitam merear ſem
piternam. Amen

Sequitur oratio apoſtolorum.

Quia iuſticiam meam tanquam
fragilitati et demeritis tuis in
tolerabilem declinans, ad tribunal miſeri
cordie mee tanquam ad ſuperiorem iuſticie,
ſub ſpe venie humiliter appellaſti, Ideirco
quia in miſericordia te redemi, in miſericor
dia te ſalvū feci, miſericordiam docui,
miſericordiam et nō mortē volui, miſeri
cors ſum, miſerator longanimis et multū
miſericors, immo ſum pater miſericordiarum
Et quia regina glorie, mater miſericor
die, mater mea, a dextris meis, pro te bona
loquens, et miſericordiā poſtulans, cui
non eſt mihi fas aliquid denegare, ob

reuerentiam et pietatem multitudinis
miſericordie mee, et interceſſionē matris
mee, omniūq; electorū, grē et mīe in glā
participū. Appellationi tue miſericorditer
defero. Et te ad tribunal miſericordie mee
clementer admitto, tibiq; ut mīaz cōſeq̄ris
oīm dierū vite tue terminū peremptoriū
ad proſecutionē mīe et ipſius aſſecutiōez
aſſigno. Ac latam contra te ſententiaz
iuſticie mee propicius relaxo. Ita ut ſi
uſq; in finē miſericors fueris, miſericor
diam tamen meā qū aliqn̄ pecces, a te
non diſpergam et dānem, neq; nocebo
in veritate mea ut abiciā te in finem.
ſed pro peccato vapulabis, tamē nō peribis.

Anima deuota verba amoris ex diuinoꝝ
munerū recordatione vba ī mediū profert

Ergo ne redemptor optime
poterit poſthac anima mea
tantis aucta beneficiis aliud velle

quippiam, niſi te cōcupiſcere, te meditari,
te ſuſpirare, te perenni ſtudio querere, te
ſperare ſolum, te denq; flāmata charita
te diligere atq; indeſinenter amare.

Poterunt ne mitiſſime Iheſu, q̄ poſt
hac te iubente ſunt emerſura diſcrimina,
dura, grauia ac ītolerabilia putari. debi
tuq; tibi velut īexperta noui certaminis
oneriſq; moleſta deuicere ac proſternere
pectus. Licet obſecro redemptor optime
quecūq; ſunt hactenus iniquiſſiē geſta,
dignis aſſiduiſq; deflere lamentis.
Liceat uni tibi conciliari, liceat īdiuiduo
federe iungi. Liceat efficatia totiſq; ut parē
ardentioris animi votis exoptata auxili
atricis grē fauoriſq; tui munera promē
reri. eiſq; ne minimo quidē tēporis deſtitui
pūcto. Maxima ſunt fateor q̄ poſtula
mus, ſed uſq; adeo neceſſaria. ut abſq;
illis ſalutis nr̄e ratio cōſtare nō poſſit.

Porro ab eo petuntur qui dare gaudet, nec
largiendo novit aliquo fatigari. Liceat igi
tur veras minimeque fallentes obtinere divi
tias, quippe et inter eas facile fieri poſſe nō abigo
ut invaleſcente graviore quolibet conflictu
abſque mihi relictus videar, penitusque deſertus
Ab ubi hoc ipſum exercendi mei gratia neque
enim temere potes facere quicquam evenire
dulciſſime Jheſu preceperis: tuam maxime
ſubiectam tibi, ne labaſcat, contine mentem,
Et ſicut eſt humane fragilitatis infirmi
tas forte cecidero, iuxta propheticam de tua
bonitate pollicitationem, manum ſuppo
nito ne collidar. Hec autem te domine Jhesu
favente, corruat celum ut ita dixerim
et orbis univerſus, durabo, perferam,
perſiſtam, et inſtar montis ſolidiſſimi
te Jheſu dulciſſime conſervante non
movebor. Hec affectus amoris
hec verbula in medium protulit amor

Oratio beati Anſelmi ad Jheſum Chriſtum
pro gratia lachrymarum obtinenda, ex
peccatorum recordatione, dicenda.

Chriſte domine verbum patris
qui veniſti in hunc mundum
peccatores ſalvos facere
Rogo te per dulciſſima miſericordie
tue viſcera, munda vitam meam,
meliora actus, compone mores. Tolle
de me quod mihi nocet, et tibi diſplicet.
Da quod noſti tibi placere, et mihi pro
deſſe. Quis enim poteſt facere mundum
de immundo conceptum ſemine: niſi
tu ſolus: Tu es deus omnipotens, infi
nite pietatis, qui iuſtificas impios,
et vivificas mortuos, qui mutas pecca
tores et non ſunt. Tolle ergo de me, quod
tibi diſplicet in me. Imperfecta enim
mea pluria vident oculi tui. Mitte
queſo manum pietatis tue, et tolle de

de me quicquid offendit oculos bonita
tis tue in me. Coram te dn̄e eſt ſanitas
et infirmitas mea. Illam precor ſerua
iſtam ſana. Sana me dn̄e et ſanabor
ſaluū me fac et ſaluus ero. tu qui
infirma ſanas, ſana, conſeruas. qui
ſolo nutu tuo reſtauras diruta, et
collapſa. Si enim digneris in me agro
tuo bonum ſemen ſerere. neceſſe eſt
ut manu pietatis tue prius euellas
ſpinas viciorum meorum. Dulciſſīe,
benigniſſime, amantiſſime, chariſſīe
precioſiſſime, deſideratiſſime, amabi
liſſime, pulcherrime. infunde obſecro
multitudinem dulcedinis et charita
tis tue, pectori meo. ut nihil terrenū
vel carnale deſiderem, nihil cogitem
ſed te ſolum amem. te ſolum habeam
in corde et ore. Scribe digito tuo in
pectore meo dulcem memoriam melli

fluī nominis tui. nulla vnq̄ obliuio
ne delendum. Scribe in tabulis cordis
mei voluntatem et iuſtificationes
tuas, ut te immenſe dulcedinis dn̄m
et precepta tua ſemper et ubiq; habeā
pre oculis meis. Succende mentē meā
igne illo quem miſiſti in terrā et volu
iſti vehementer accendi, ut ſacrificiū
ſpiritus contribulati et cordis cōtriti.
obortis lachrymis. quotidie offeram
tibi. Chriſte dulcis, bone Iheſu ſicut
deſidero, ſicut tota mente peto, da mihi
amorem tuum ſanctum et caſtum
qui me repleat, teneat, totūq; poſſideat.
Et da mihi euidens ſignū amoris
tui. Irriguum lachrymarū fontem
iugiter emanantem. ut ipſe quoq;
lachryme in me tuū teſtentur amorē.
Ipſe prodeant, ipſe loquantur. quātū
te diligit aīa mea. dum pre nimio

amore dulcedinis tue nequeā me a lachry
mis temperare. Reminiſcor pie domine
illius bone mulieris Anne que ad taber
naculum rogatura pro filio venit. de qua
ſcriptura refert q' vultus eius poſt lachry
mas et preces non ſunt amplius in diūſa
mutati. Sed memor tante virtutis tāteqꝫ
conſtantie dolore torqueor et verecundia
cōfundor. quia me miſerum nimis deorſū
iacere intueor. Si enim iſta fleuerit et ī fletu
perſeuerauerit mulier que querebat filiū.
Quomodo plangere et in planctu perſiſ
tere debet aīa que querit et amat Jheſum
et ad eum peruenire deſiderat? Quomō
gemere et flere debet talis aīa nocte ac die.
Reſpice ergo et miſerere mei. Dolores cor
dis mei multiplicati ſunt. Da mihi cō
ſolationem tuam celeſtem. et noli ſper
nere aīām pro qua etiam mortuus es.
Da mihi lachrymas ex toto affectu. que

IN VIRTVTE LABOR

N C

pctōrum meorum poſſit ſoluere vincula.
et tua iocunditate ſemper repleant aīām
meā. Sed non cum veris et perfectis viris q̄r
veſtigia nequeo imitari. Saltem cū deuotis
mulieribꝫ quātulācūqꝫ portionē in regno
tuo merear adipiſci. Venit quoqꝫ mihi in
mentem alterius mulieris mira deuotio
que te in ſepulchro iacentem amore pro que
rebat. q̄ recedentibꝫ diſcipulis a ſepulchro
non recedebat, et que ſedebat triſtis et merēs
diu multūqꝫ flebat. Et quia pre ceteris
dilexit, et diligendo fleuit et flendo que
ſiuit, et querendo perſeuerauit. Ideo te
prima inuenire et videre meruit, teqꝫ al
loqui, et non ſolum hoc, ſed et diſcipulis
glorioſe reſurrectionis tue preūcia extitit.
Si igitur iſta fleuit, et in fletu perſeuerauit
mulier/ que viuentem cū mortuus q̄rebat
que te manu fidei non tangebat. quomō
plangere et in planctu perſeuerare debet

N C

anima que te redemptorem ſuũ iam celo
reſidentem et ubiqꝫ regnantem corde
credit et ore confitetur Quomodo ergo
flere debet talis anima et gemere que
te toto corde diligit, totoqꝫ deſiderio con
cupiſcit videre? Solum confugium
et vna ſpes miſerorum, dñe cui nũq̃
ſine ſpe miſericordie ſupplicatur, preſta
mihi hanc grãm propter te et nomen
ſanctum tuũ. ut quotiens de te cogito
de te loquor, de te ſcribo, de te lego. de te cõ
fero. quotiens tui reminiſcor tibi aſſiſ
to, laudes ac preces ac ſacrificiũ offero
totiens obortis lachrimis in conſpectu tuo
copioſe et dulciter fleam. ita ut efficien
tur lachryme panes die ac nocte. Tu q̃d'
rex glorie et oĩm virtutum magiſter
magis nos docuiſti verbo et exemplo
gemere et flere q̃ ridere dicens nobis
Beati qui lugent, qm̃ ipſi cõſolabuntur.

Tu fleuiſti lazarum amicũ et lachryma
tus es valde ſuper perituarã ciuitatem.
Rogo te dñe per illas beatiſſimas lachry
mas et per omnes miſerationes tuas
quibꝫ nobis perditis mirabiliter ſub
ueniſti, da mihi grãm lachrymarum
quam multum deſiderat et a te petit
anima mea, quia ſine dono tuo non
poſſum habere illam. Per ſpm̃ ſctm̃
tuũ qui dura corda peccatorum mol
lit et ad fletum compungit da mihi grãz
lachrymarũ. Da mihi irriguũ inferius
et irriguũ ſuperius. ut ſint mihi lachry
me panes die ac nocte. Propter merita
eorum qui tibi placuerunt et deuotiſ
ſime ſeruierunt. miſeremini miſeremini
ſerui tui et da mihi grãm lachrymar͂
Efficiar in conſpectu tuo deus meus
olocauſtum pingue per igne cõpũc
tionis macter totus in ara cordis mei.

et tanq̄ pinguiſſimū olocauſtum aſſumat
in odorem ſuauitatis. Da mihi fontem
irriguū, fontem perſpicuū in quo lauet'
aſſidue iſtud inquinatum olocauſtum
Licet enim me tibi totum obtulerim ope
rante grā tua in multis tamē offendo
quotidie propter nimiā fragilitatem
meam. Da ergo mihi grām lachrymaꝝ
benedicte et amabilis deus, precipue dū
altaribꝫ tuis aſſiſto, et tibi ſacrificium
quod tu ipſe es offero, ex multa dulcedie
amoris tui et cōmemoratione miſericor
diarum tuarū, prepara hanc menſam
in cōſpectu ſerui tui, et da mihi eam in
potationem, ut quotiens volo ſatier ex
ea. Tribue pro bonitate et pietate tua
ut calix iſte inebrians tuus q̄ preclarus
ſatiet ſitim meam, ut inhiet tibi ſpiritus
meus, et ardeat mens in amore tuo obli
ta vanitatis et miſerie. Audi deus meus

Audi lumen oculorū meorum, audi quod
peto et da quod petam, ut audias pie exora
bilis domine ne efficiaris mihi inexorabilis.
Qui viuis et regnas ī ſclā bn̄dictus. A̅.

AD POSTVLANDAS · LACHRIMAS · ORATIO

Omnipotens mitiſſime deus
qui ſitienti populo fontem
viuentis aque de petra eduxiſti: educ de
cordis nr̄i duricia compunctionis lachr
mas, ut et peccata noſtra plangere va
leamus, remiſſionemq; te donante con
ſequi mereamur. Per dūm noſtrū Jhm

virtute
In
labor.



Commemoratio dominice Cene
necnon de Institutione altaris ſacra[ti]

O Jheſu piiſſime qui tranſiens
de hoc mundo ad patrem,
poſtq̄ cenaſti corpus tuum
et ſanguinem diſcipulis ob tui memo
riam dediſti, et nobis ſumendum reli
quiſti, placuitq; tibi ut tuo refecti corpo
re et potati ſanguine eſſemus os de oſſi
bus tuis, et caro de carne tua. Peto ergo
et obſecro domine, per virtutem huius
ineffabilis ſacramenti, ut dignum me
facias gr̄a tua, et tanta redemptione
non frauder, et fac me tanti myſterij tua
miſeratione participem. quatinus hac
participatione donatus, optatam mere
ar peccatorum veniam, et gr̄am profici
endi in fide ſpe, et charitate percipiam,
et ad gaudia ſempiterna pertinguam
Amen.



De ablutione pedum diſcipulorũ xpi

Altiſſime Iheſu et vere humilitatis
exemplum. qui diſcipulorum
tuorum pedes lauare dignatus es. Peto et ob
ſecro domine. purga meos affectus ut utraq;
gemma videlicet charitate purgatus et acce
ſus. ad te purificatorem meum ſecurus accedã.
Purifica me in fine dierum meorum. et
emunda me ab omnibus maculis peccatorum
ut dimiſſis negligentiis et peccatis meis. Ini
mici mei in die mortis abſcedant. qui meũ
calcaneum obſeruant. Dirigere domine
digneris pedes meos in viam pacis. ut de
manibus omnium inimicorum meorum
liberatus te laudem et benedicam cũ electis
tuis omnibus in ſecula ſeculorum. Amen

Petrus

Non lauabis mihi pedes in eternum

Chriſtus

Si non lauero te non habebis partem mecum.



Cum quanta grãr actione eſt ſalutã
dus dñs Jheſus in miſſa. Ita ut in ipſa hora
eleuationis dñici corporis, procidat corã co
ũ gratiarum actione deuotiſſima, et dicat pctor.

Bene veneris tu benedicte ſal
uator, et benedicat tibi qcqd
tibi benedicere poteſt, pro tot
et tantis magnalibus pie
tatis et dulcedinis tue, pro tot et tãtis dig̃tatibꝫ
magnificentie et glorie tue. Ecce oculi tui
ſacratiſſimi vident ariditatem, frigidi
tatem, tenebroſitatem, vacuitatem oĩ
modam et paupertatem cordiũ noſtrorũ.
Ecce non ſufficimus ad grãrũ actiones et
benedictiones et collaudationes tuas, qui
potius per omnia deficimus a debitis de
uotione et gratitudine, etiam pro unico
aduentu tuo de celis, pro unica deſceſſione
tua, ſed nec totus mundus regratiari
tibi poſſet. quatominus igr̃ pro q̃tidianis

aſſiduiſqꝫ et indubitanter innumerabilibꝫ
nemo tibi ſatis gratus ſatiſqꝫ deuotus
eſſe poteſt. Tu ergo ne attenderis et ne reſ
pexeris ad tantos defectus nr̃os tantamqꝫ
paupertatem. ſed reſpice potius ad ſuper
abundantiſſimas diuitias pietatis et dul
cedinis tue. que te huc adduxerunt et de
ſupereminentiſſimo glorie tue ſolio. huc
deſcendere te fecerunt. et in manibꝫ pn̄tis
ſacerdotis qui tam venerandū tamqꝫ
ſacrum myſterium in nōie tuo celebrat.
poſuerunt. tanq̄ oblationem patri miſe
ricordiarum gratiſſimam et acceptiſſiāꝫ
Vbi offerris per manus illius pro tota
eccleſia et ex parte ipſius. Placa nobis pa
trem miſericordiarum hoc placabiliſſimo
eiqꝫ acceptiſſimo ſacrificio. quo placa
ſti eum nobis in ara crucis agnus imma
culatus. Agnus dei qui tollis pec̄ta mūdi.
offerens temetipſum eidem hoſtiam in

odorem ſuauitatis. Vbi pacificaſti per ſan
guinem crucis tue ſiue que in celis ſiue q̄
in terris ſunt. Domine miſericordie quā
ta deuotione quantis piarū lachrymarū
profluuijs rememoranda ac iugiter reco
gitanda eſſent nobis tam indebita nr̃is
miſerijs. tā ſtupenda tanq̄ excedentia
omnem admirationem et omnē cogitatū
beneficia: Tu igitur qui vides q̄ longe
fecimus vicijs nr̃is a tam neceſſarijs tam
ſalutaribꝫ tam deſiderabilibꝫ nobis. tāqꝫ
bonitati tue gratis et acceptis donis.
Adiuua imperfectum noſtrum et ſupple
tam miſerabiles defectus nr̃os tāqꝫ mor
tiferam paupertatem ſuperabūdātiſſimis
diuitijs gratioſitatis tue. Emunda
nos ab omnibus inquinamentis carnis
et ſpiritus et reple nos omni ſanctitate
et grā. Hoc inq̄ fac per virtutem venerādi
tāqꝫ ineffabilis ſacramenti. Quod et

propter hoc tu ipſe inſtituiſti et celebrādū
eccleſie tue tradidiſti. In quo mirificētiſſiā
virtus tua ſemper operatur quod nulla
virtus nature, nulla potentia, preter ſin
gularem illā et omnibꝫ dominātiſſimā
ac supereminentiſſimam tuam operari
poteſt. Videlicet ut panis ille materialis
et vinū viſibile in ſacratiſſimū corpus
tuū et vivificum ſanguinē tuū cōverta
tur. Quam tam mirificam operationem
tuam ſoliqꝫ omnipotentiſſime virtuti
tue poſſibilem, et te doctore, et te autore, te
inſpirante magnifico munere grē tue
credimus et tenemus. Que fides inter mi
rabilia ſive miracula tua mire virtutis
et grē tue donum eſt.
Sed mirabiliter et miſericordiſſime
conſulis parvulitati et infantie animarū
nrār per ſigna iſta ſacramentalia. Non
enim capaces ſunt immenſitatis veritatis

tue ut ipſa eſt et ſe exhibet ad plenā fruitionē
civibꝫ ſuperne illius ac ſupercelestis hieruſa
lem. Adeo namqꝫ ſtrictum eſt, adeo modicū
et anguſtum eſt os humane anime, quod
eſt intellectus ipſius ut iſta morte pñtis
miſerie, in iſtud per ſemetipſam nuda ac
lucidiſſima intrare non poſſit. Et proter
hoc ſub ſignis iſtis ſacramentalibꝫ et per
ipſa intrat veritas quoquomodo viva et
vivificans omnia, veritas incogitabilis
ſuavitatis, veritas abundantiſſime ſacie
tatis et plenitudinis in animas noſtras.
Domine miſericordie mi Iheſu xpē
nōne tu vita es et fons vite indeficiētiſſimus
atqꝫ redundantiſſimus. Nōne tu panis
vite et panis vivus qui de celo deſcendiſti.
et das vitam mundo. Non ſtet igr̄ ante
te mors animarū noſtrarū. fugiat quicquid
mortiferum in nobis eſt de facie tua e
ſentia glorie tue, per virtutem tā venerandi

myſterii tui. Intra penetralia cordium
noſtrorum et profundiſſima aīe mēe
Ibi ſentiamus te vitam nr̄am. te viuifica
pleniſſimā ſuauiſſimamqꝫ refectionem
noſtram. Sentiamus inquam eouſqꝫ
ut omnia que diſplicent bonitati tue,
nobis diſpliceant. ut ab omnibꝫ viciis
et peccatis nr̄is totos nos abſtrahas et abrū
pas. totos nos trahas ad te. immo totos
rapias in te. conglutines et vnias tibi. vni
one puriſſimi ſanctiſſimi tibiqꝫ placitiſ
ſimi amoris. Amen.

Oratio deuotiſſima poſt ſumptionē
ſacramenti a ſacerdote dicenda.

Refice nos. ſatia et firma hoc
pane vite. ideſt viuo et vero
hoc pane vite hoc eſt de teipſo qui
de celo deſcendiſti. panis viuus ac verus q̄
das vitam mundo. et extingue in nobis
omnem famem carnalium ac ſecularium

deſideriorum. Pota nos et inebria hoc pane
viuifico ac ſaluberrimo teipſo et extingue
in nobis omnem ebrietatem vel potius
inſaniam vitiorum. Hec inquā operare
in nobis de teipſo per ipſam viuificam
corporis et ſanguinis tui refectionem.
Tu enim es dn̄e miſericordie in temetipſo
et per temetipſum (quod eſt dicere) inēptū
deus. inquantū verbū ſummū et etn̄i
patris cibus et potus et refectio vitalis
ſaluberrima et ſuper omnem cogitatū
ſuauiſſima animarum noſtrarum.
Quanta igitur eſt corruptio palati cor
dis mei. quantus error virtutis mee
appetitiue interioris. quanta peruerſi
tas guſtus mei ſpiritualis. qui in te
nihil ſuauitatis inuenio. nihil huius
ſaporoſitatis ſentio in te. O quā magna ē
multitudo dulcedinis tue dn̄e. ſicut
clamat cum admiratione regius pro

propheta tuus dauid. Et addit Auguſtinꝰ
q̃ ei ſoli ſapit qui palatum cordis non
perdidit de febre iniquitatis. Hec febris
mi dñe Jheſu Chriſte abſtulit mihi palatũ
cordis et ſenſum predulcis ſaporis tui. quo
incogitabiliter bene ſapis omnibꝫ illis q̃s
ab iſta febre tam mortifera tã q̃ꝫ periculoſa
liberas. Sana me dñe q̃m infirmus ſum.
Et hoc eſt mihi indicium certiſſimum
iſtius infirmitatis mee tam profunde.
q̃ tu non ſapis mihi. qui non ſolum es
in ultimate ſuauitatis ſapidus et ſapo
roſus. ſed etiam fons abyſſalis omnium
deliciarum ſpiritualium.

Domine mi Jheſu Chriſte q̃ perni
cioſum q̃ ſtupendum q̃ꝫ profundũ
eſt chaos illud infernale atqꝫ mortife
rum quod firmaui inter me et te. Hoc ẽ
chaos viciorum et peccatorum quod diui
dit inter me et te et odorem ſuauitatis tue

venire non ſinit ad nares ſpũales cordis mei.
Aufer domine miſericordie iſtam mortiferam
diuiſionem inter me et te ut ſentiam odorem
vnguentorum tuorum. Curram inq̃ ad te
et percurram viam mandatorum tuorũ. que
ducit ad te veritatem et vitam. Viam verita
tis in qua non eſt offendiculum erroris aut
fallacie in qua nemo labitur. in qua ſola
tutiſſime et abſqꝫ omni periculo ambulatur.

Hanc menſam ſacratiſſimam. bñdictã.
venerabiliſſimã et omnibꝫ ſanctis adorãdam
hanc menſam opulentiſſimã fac mihi in
viuificam, pleniſſimam fortiſſimamqꝫ
refectionem. Ita ut in fortitudine illius
ambulem tota quadragena vite iſtius.
donec perueniam ad eminentiſſimã ſubli
mitatem glorie quam preparaſti dilectis
et electis tuis. Amen.

*Sequũtur deuotiſſime orones ante
celebrationem miſſe*

O Dulciſſime atq; amantiſſime
domine, quem nunc deuote
ſuſcipere deſidero, tu ſcis infir
mitatem meam et neceſſitatē
quam patior, in quantis malis et viciis
iaceo, q̄ ſepe ſim grauatus, tentatus, tur
batus et inquinatus. Pro remedio ad te
venio, pro conſolatione atq; ſubleuamine
te deprecor, ad omnia ſcientem loquor, cui
manifeſta ſunt omnia interiora mea, et
qui ſolus potes me perfecte conſolari et ad
iuuare. Tu ſcis quib; bonis indigeo pre om̄ib;
et q̄ pauper ſim in virtutibus. Ecce ſto an
te pauper et nudus grām poſtulans et mi
ſericordiam implorans. Refice eſurientē
mendicum tuū, accende frigiditatē meā
igne amoris tui. Illumina cecitatē meā
claritate preſentie tue. Verte mihi omnia
terrena in amaritudinem, omnia grauia
et contraria in patientiam, omnia īfima

et creata in contemptum et obliuionem.
Erige cor meum ad te in celum, et ne me
dimittas vagari ſuper terram. Tu ſolus
mihi ex hoc iam dulceſcas uſq; in ſeculum
quia tu ſolus cibus et potus meus, amor
meus et gaudium meum, dulcedo mea
et totum bonū meū. Utinam me totali
ter ex tua preſentia accendas, combures,
et in te tranſmutes ut vnus tecū efficiar
ſpūs per grām interne vnionis et lique
factionem ardentis amoris. Ne patiaris
me ieiunum et aridum a te recedere, ſed
operare mecum miſericorditer ſicut ſepius
operatus es cū ſanctis tuis mirabiliter
Amen.

Abbreuiatio Illius orōnis, que ſic auſpi
catur. Summe ſacerdos, eſt enim Ambro

Domine Iheſu Chriſte dulciſſiē
redemptor noſter qui te obtu
liſti deo patri hoſtiā puram

et immaculatam in ara crucis pro nobis pecca
toribꝫ et dediſti nobis carnem tuam ad mā
ducandum et ſanguine tuū precioſiſſimū
ad bibendum et poſuiſti miſterium iſtud
in virtute ſpūs tui dicens. Hec quotienſcūqꝫ
feceritis in mei memoriā facietis. Rogo te
dñe per hanc tam mirā et memorabilem
charitatem tuam qua nos miſeros et indi
gnos ſic amare dignatus es ut lauares nos
a pctīs nrīs in ſanguīe tuo. Rogo inqͣ ut
facias me indignū ſeruū tuū tantū miſte
rium tractare, contemplari et ſuſcipere ea
reuerentia et honore, deuotione, et timore
quibꝫ oportet et decet, quatinus per hoc dūm
pctōrum meorū etate veniā merear accipere
et tuo ſancto ſpū repleri. O benigniſſime
creator et redemptor quis digne hoc celeſte
ſacrificium celebrare vel ſuſcipere pōt, ubi
caro tua in veritate ſumitur, ubi ſanguis
tuus in veritate bibitur, ubi ima ſummis

coniunguntur, ubi adeſt ſanctorū preſentia
angelorum, niſi hunc tu feceris dignum
De tua ergo infinita bonitate, miſericordia
et pietate confiſus accedo ad altare tuum
licet peccator et indignus, ut offerā tibi ſa
crificium quod tu inſtituiſti, et offerri pre
cepiſti in cōmemoratione tua pro ſalute
noſtra. O dulcis Chriſte. Ihū bone, lumē
eternū, indeficiens panis vite, qui nos ſeper
reficis et in te nunqͣ deficis, reſplende mihi,
accende me in amorem tuū. Illumina et
ſanctifica vas tuū, et ab omni immundicia
illud euacua, et imple grā tua plenumqꝫ
conſerua. Et fac me dignū tuis ſanctis
altaribꝫ miniſtrare. Et pſtā ut in hoc altari
ad quod indignus et pctōr accedere pſumo
acceptabiles tibi hoſtias offeram tibi pro
pctīs et offenſionibꝫ et negligentijs meis
innumeris, meis exceſſibꝫ quotidianis, et pro
pctīs omnī chriſtianorū viuorū et defunctorꝫ

et ſpecialiter eorum pro quibꝫ intercedere
intendo et teneor. parentū magiſtrorum
benefactorum et recomendatorū meorum
tam viuorum q̄ defunctorū. R͞. iu viuis et reg.

Item. Oratio deuotiſſima ante ſancta
Communionem

Domine mitiſſime et ſuper oīa
ſuauiſſime deus, adeſto ſuppli
cationi mee, et per magnā miſe
ricordiam tuam emunda me
ab omni inquinamento peccati, ut digne
poſſim accedere ad perceptionem corporis
et ſanguinis tui. Noſti et bn̄ noſti benigniſ
ſime dn̄e Jhū Chriſte quantis illuſionibꝫ
et vanitatibꝫ omni hora et ſine intermiſ
ſione infelix animus meus voluitur, et
multotiens ita euenit ut ipſe dulciſſime
perſpicis, q̄ ſi me dimitteres ire ſecundum
meam peſſimam et vaniſſimā volun
tatem. meipſum totum, in magnā pcti

voraginem precipitarem. Scrutator cordiū
et omnium rerum deus tu noſti omnia
pcta mea queciūqꝫ egi vel adhuc ago. Ffa
teor clementie tue. me nimis eſſe vagum,
vanū, ſuperbum, iracundū, impatientē
lubricum, et aliis viciis multis quibus
humana fragilitas vexari et diſcerpi ſolet
multum inquinatū. Ecce deus meus piiſ
ſime non verecundor expandere coram te
omnes iniquitates meas. O deus ex tua
miſericordia reſpice me et ad penitentiā
meā. et ſuſcipe cōfeſſionem meā. et dele
iniquitatem meam. Si iniquitatem
obſeruaueris dn̄e. dn̄e quis ſuſtinebit.
Propterea propitius eſto mihi dn̄e, propi
cius eſto mihi pctori. Noſti q̄ fragilis et
inflectiua ſit anima mea. et delicta mea
a te non ſunt abſcondita. Et nunc
ſecundum morem acceſſurus ſum ad
cōmunionem corporis et ſanguinis tui

q̄ cum diligenter intueor quanta ſit reueren
tia agendum. q̄ pura deuotione et cōſciā ſit
ſumendum. et q̄ munda mentis cogitatione
debet eſſe qui tam mirificum eſt ſuſcepturus
miſterium, non parum de mea perceptione
formido. ſed vehementiſſime timeo ne in die
magni iudicii dānatio michi ſit, q̄ ad tātā
et tam magnam rem, tam indignus accedere
preſumo. Et ideo repetita confeſſione deus
meus expono maieſtati tue omnes iniqui
tates meas et iniquas cogitationes meas
fateor, quas abiecto timore diuino ꝯfeliciter
amplector. Exoro tamen maieſtatem tuā
clementiſſime deus. ſcis q̄ ſepius ita facio
q̄ in tam ſordido vaſe corpus et ſāguinē
tuū repono, verū dico non parco michi.
Eſt enim cor meū immūdū. et oēs ſenſus
mei immūdi. et ſic intus et foris īmundus
non inuenio in me aliquid in me mundū
ubi honeſte et ſicut decet corpus et ſāguinē

tuū reponam. Non tamen deſpero de tua mi
ſericordia. quia ſi tu vis potes me mundare.
Succurre ergo dñe ſuccurre michi pctori. Sum
dignus ſum ſicuti ſunt et ego fateor. verbera
me. corripe me. et q̄diu vixero caſtiga me tuū
peccatorem in tua miſericordia confidentem
donec omnis rubigo pcti recedat a me. que per
tanta temporis interualla indurata eſt ī
me et in laboribꝫ domus mee. fateor et iterū
fateor. pctor ſum. immūdus ſum. Indignus
ſum. tamen nō recedo a te dulciſſime Ihū.
et ſi infirma mente teneo te, oro te nō recedas
a me, donec ab omni contagione pcti abſol
uas me. et ſic carnem tuam manducantem
et ſanguinem tuū bibentem perducas me
poſt mortem carnis ad ſalutem veram
ubi cū ceteris chriſtianis, ego non tunc pctor
te laudem et glorificem per oīa ſcla ſclor. ā.

Item alia oratio deuotiſſima ante ſuſcep
tionem huius venerandi ſacramenti

Domine non ſum dignus ut
intres ſub tectum meū: ſed tā
tum dic verbo et ſanabitur aīa
mea. Domine non ſum dignus
ut intres ſub tectum meū: ſed confiſus de
tua pietate et clementia accedo. infirmus
ad medicum vite. Immundus ad fontem
miſericordie. cecus ad lumen claritatis eterne
egenus ad dominū celi et terre. nudus ad
regem glorie, ouis ad paſtorem. figmentū
ad ſuum creatorem. deſolatus ad pium
conſolatorem, reus ad dei et hominum
mediatorem, miſer ad miſericordiā. cri
minoſus, ad indulgentie largitorem,
mortuus, ad viuificatorem. Impius ad
iuſtificatorem. induratus. ad gr̄e infu
ſorem. Rogans immenſe clementie et
miſericordie tue abundantiam. quatinꝰ
digneris ſanare meam infirmitatem,
lauare feditatem, illuminare cecitatem.

ditare paupertatem veſtire nuditatem,
reducere erroneum, conſolari deſolatum
reconſiliare reum. dare miſericordiā miſero,
indulgentiam criminoſo. vitā, mortuo,
iuſtificationem impio. unctionē gratie
indurato. Et te panem angelorum
regem regum et dominū dominātiū
tractare et ſuſcipere merear ea corporis
caſtitate et animi puritate. ea cordis
contritione et lachrymarum fonte. et
leticia ſpirituali et celeſti gaudio. eo
timore et tremore, ea reuerentia et hono
re. ea fide et humilitate, eo propoſito et
amore. ea deuotione et gratiarū actione
quibꝫ oportet et expedit anime mee. Ita
ut placide et libere ac benigne ſit ad ſalutē
meam et omnium fidelium tam viuorꝫ
q̄ mortuorum. Amen.

Oratio devotiſſima ad beatiſſimā virginē
ante ſuſceptionē huius venerādi ſacramēti

Perte acceſſum ad hec ſancta
ſanctorum habeamus o bene
dicta inventrix grē, genitrix
vite, mater ſalutis, ut per te ſuſcipiat nos
qui per te datus eſt nobis. Excuſet apud
ipſum integritas tua, culpam noſtre cor
ruptionis. et humilitas tua deo grata ve
niam impetret vanitati. Copioſa charitas
tua noſtrorū cooperiat multitudinē peccator.
et fecunditas tua glorioſa. nobis conferat
fecunditatem meritorum. Domina nr̄a
mediatrix nr̄a, advocata nr̄a, tuo filio
nos reconſilia, tuo filio nos repreſenta.
Fac o benedicta. Per grām quā inveniſti,
per miſericordiam quam peperiſti. ut qui
mediante te fieri dignatus eſt infirmitatis
et miſerie noſtre particeps, te quoqꝫ interce
dente me participem faciat huius venerādi
ſacramenti. Amen. Ad patrem

Gratiarum actiones poſt ſacroſctam communionem

Gratias tibi ago domine deus
pater omnipotens qui me
dignatus es ſaciare corpore et
ſanguine dilecti filij tui domini noſtri
Jheſu Chriſti. Deprecor immenſam clemē
tiam tuam omnipotens et miſericors dn̄e
ut hec ſancta communio non ſit mihi ad iu
dicium et condēnationem. ſed mihi arma
tura fidei, et ſcutum bone voluntatis. ad
evacuandas oēs inimici inſidias de mente
mea. Et precipue ad extirpandā ſuperbie
peſtem, lingue libidinem et lingue proca
citatem. Et ad illud cōvivium introire
faciat ubi lux vera perpetuaqꝫ gaudia
iuſtorum. Amen.

Gratiarum actiones ad filium poſt cōmunionem.

Tibi ago laudes et gratias
domine Jheſu Chriſte. qui me

ad ſanctum altare tuũ ad implendum
officium mihi cõmiſſum accedere permiſiſti
corpuſq; et ſanguinem tuum offerre et
ſumere conceſſiſti. Preſta domine ut hec
conſecratio, oblatio et perceptio non mihi
proueniant ad iudicium et cõdenatiõez.
ſed pro tua pietate proſint mihi ad tuta
mentum mentis et corporis et ad ſalutẽ
anime mee. Sint etiam ad honorem oĩm
ſanctorum iam in gloria triumphãtiũ
Ad indulgentiam et remiſſionẽ fideliũ
defunctorum penas adhuc ſuſtinentiũ.
et ad profectum viuentium chriſtianorũ
Qui viuis et regnas. per oĩa ſc̃la ſc̃lorũ.

Oratio deuotiſſima poſt ſuſceptionem
huius venerandi ſacramenti dicenda

O Intemerata et in eternum
benedicta ſingularis et in
comparabilis virgo dei
genitrix maria, gratiſſimũ dei tẽplũ

ſpũſſancti ſacrariũ. Janua regni celorũ.
per quam poſt deum totus viuit orbis ter
rarum. De te enim dei filius verus et omni
potens deus ſuam ſanctiſſimam fecit ma
trem. aſſumens de te illam ſanctiſſimam
carnem per quam mundus qui perditus
erat, ſaluatus eſt, Cuius precioſiſſimo
ſanguine, mundus ipſe redemptus eſt
et ipſa peccata remiſſa ſunt. formans
eam in precioſiſſimo vtero tuo. de precio
ſiſſimo ſanguine tuo. Vniens eam eterne
et incõmutabili diuinitati ſue, a quo
bona cuncta procedunt. per quem oĩa
facta ſunt, quem adoro. Qui ſacratiſ
ſimam carnem ſuam cũ precioſiſſimo
ſanguine ſuo dat quotidie fidelibus
ſub forma panis et vini in cibũ viaticũ
et refectionem animarum ſalutarem
et vitalem. Quam qui digne mandu
cauerit, habet vitam eternam. Qui autẽ

Indigne manducat, iudicium ſibi mandu
cat et bibit ſicut pluries feci. mea culpa,
mea culpa, mea grauiſſima culpa. Qui
autem non manducauerit, non habet
vitam eternam. Et propterea merito di
cimus quia per te poſt deum totus viuit
orbis terrarum. Per hanc fidem te deprecoꝛ
dei genitrix virgo ſemper maria. inclina
aures tue pietatis ſupplicationibꝫ meis
et eſto mihi peccatori miſerrimo propitia
et in omnibꝫ auxiliatrix. Rogans pro me
apud fontem pietatis et miſericordie crea
torem et redemptorem noſtrũ Iheſũ chriſtũ
filium tuum verum omnipotentẽ deum
a quo bona cuncta procedunt, per quem
omnia facta ſunt. qui non vult mortem
peccatoris. ſed ut magis conuertatur et viuat.
Cui proprium eſt miſereri ſemper et parcere.
Vt ipſe per ineffabilem miſericordiam ſuã
precibꝫ et meritis tuis abſoluat me ab oībꝫ

peccatis meis per que ei diſplicui. tribuens mihi
veram humilitatem, veram manſuetudinem
et obediendi grãm. fidei, ſpei. et charitatis aug
mentum cum perſeuerantia. Cuſtodiens me
a recidiuo pctĩ. et a tentationibꝫ demonum
mundi et carnis, ita ut non amplius ſeruiã
demonibꝫ quibꝫ ſeruiui in multitudine ſce
lerum meorũ videlicet. in Superbia. Vana
gloria. cupiditate, auaricia, Inuidia. luxu
ria. ceteriſq; id genus negligentijs multis
quibꝫ peccaui et alios peccare feci. Mea culpa
mea culpa. mea maxima culpa. Quibus
perdidi regnum celorum et ſocietatem ange
lorum, et quotiens offendi piſſimũ filiũ
tuũ, quotiens letificaui demones malos
et eterna promerui ſupplicia. totiens mea
culpa. mea culpa, mea grauiſſima culpa
Ideo deprecoꝛ te dei genitrix et perpetua virgo
maria, quatinus mihi veniam impetres,
ab ipſo filio tuo a quo bona cũcta procedũt.

qui etiam illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum fac ut ipſe
illuminet mentem meam lumine gratie
ſue. Inflamans eam igne ſuauiſſimi ſac
tiſſimiqꝫ amoris ſui. Et faciat me ſeipm
cum pr̄e et ſpiritu ſancto ſuper omnia dili
gere et timere firmiterqꝫ ei adherere. man
data eius cuſtodire, peccata ac peccatorū
occaſiones vitare. Eius acerbam ſactāqꝫ
paſſionem ac patientiam imitari, bonis
operibꝫ abundare, proſpera mundi deſpi
cere, et nulla eius aduerſa formidare.
Talem demū penitentiam in hac pn̄ti
vita pro pctīs agere, que ei precibꝫ et meri
tis tuis beneplacens ſit et grata. Amen.

Quattuor officia q̄ chriſtus in oībꝫ miſſaru
ſolemnis adimplet et perficit

Primum officium eſt, medicationis,
quo medetur eccleſie ſue ſancte theriaca viuifica
ſacratiſſime carnis ſue, et ſirupo ſaluberrimo


O cuſtos fideliſſime: quomodo condignas
gratias rependam tibi pro omnibꝫ que feciſ
ti mihi: Non eſt in viribꝫ meis retribuere tibi,
ſed ipſe pater luminū qui te condidit glorio
ſū et ſanctū ab initio conditionis tue inno
centiā tuam conſeruauit, ſicut ſcit ſicut
pōt, ſicut decet obedientiam tuam quā ei
exhibes in me cuſtodiendo remuneret.

O fortis athleta dn̄i in tp̄e illo magne
anguſtie mee qn̄ peccatrix aīa mea cor
ruptibilem hanc carnis tunicam exuere
compelletur, veni bn̄dicte dn̄i, veni in auxili
um mihi. Venias queſo non ſolus, ſed de fr̄ibꝫ
tuis aliquos tecum adducere nō dedigneris.
Suſcipite nudū et inermē ſpm̄ meū. Preue
niat queſo oro mea faciem tremendi iudi
cis. ut placabilem et primo intuitu videam
et audiam vocem redemptoris dicentem
mihi. Intra in gaudium dn̄i tui. Quod
vrō interuentu m̄ preſtare dignet. Qui vi. et r.



SEQVNTVR: ORATIONES: BREVES: ET SVE
CINTE: IN PRECIPVIS: ANNI SOLENITATIBꝫ
IN NATIVITATE: DOMINI: ORATIO

Hodie christus natus est. hodie
saluator apparuit. hodie an
geli ĩ celo letantur. hodie exul
tant iusti in celo dicentes Gl'ia ĩ excelsis deo.
O. rex dulcissĩe doce nos totis viribꝫ ĩ te iocũdari.
Ecq's nõ inuetur dũ humilitatẽ tuã o deus
ĩtuetur. In extro voluisti nasci et lamẽtabi
liter in presepio reclinari. O. maria dulcis
sima mater q̃ dulcissimis obsequiis christo
infantulo ministrabas. dum eũ dulcissimo
pectori tuo applicabas. dũ linteolis ĩnolue
bas. et ĩ presepio reponebas. eũ vt deũ verum
adorando. Nũc igr o virgo virginũ adiu
ua ut redemptorẽ nr̃m pro salute nr̃a ex te
hodie natum. petorꝝ maculis nõ admitta
mus. sed eũ semper fixũ ĩ mẽtibꝫ habeamus
Prestãte eod' dño nr̃o filio tuo. Q in eũ p̃re et



IN CIRCUMCISIONE DOMINI : ORTIO

Domine Jheſu chriſte qui puriſ
ſimus ab omni pctō exiſtens
quinetiam tua virtute et puritate oīm
peccatorum maculas emundans circūci
di voluiſti. Me maximū pctōrem. per tuā
ſanctiſſimam circūciſionem circūcidere a
culpa pctōꝝ digneris. et michi tribuere di
gneris grām ſic viuendi in pſnti ſtadio.
ut ab omni pena corruptionis ac miſeriaꝝ
in die iudicii exutus. tue deitatis faciem
videre merear. VERSUS

Sit nomen dnī benedictum. ℟ Ex hoc nunc
et uſqꝫ in ſeculum. ORATIO

Omnipotens ſempiterne deus
dirige actus nr̄os ī bñplacito
tuo, ut in nomine dilecti filii tui Jheſu
Chriſti, mereamur bonis operibus abū
dare. Per eundem dnm̄ nr̄m Jheſum
Chriſtum filium tuum qui tecum.



Quis non rapiatur ad ſpem et impetrandi
fiduciam. qui corporis chriſti attendit diſpoſitionem. Habet
enim caput inclinatum ad oſculum. et brachia extenſa
ad amplexum. Manus perforatas. ad largiendum.
Latus apertum. ad diligendum. Pedum affixionem ad
nobiſcū cōmanendum. Corporis extenſionem. ad ſe totū
nobis impendendum. Hec Bernardus.

Deprecatio ad patrem dn̄i nr̄i Iheſu chriſti

Reſpice domine ſancte pater de
ſanctuario tuo. et de excelſo celoꝝ
habitaculo et intuere hanc ſacro
ſanctam hoſtiam quam tibi offert magnus
pōtifex nr̄ ſanctus puer tuus dn̄s Iheſus xp̄s
pro pc̄tis fratrum ſuorum: et eſto placabilis
ſuper multitudinem malicie nr̄e. Ecce vox
ſanguinis fratris nr̄i Iheſu clamat ad te de
cruce. Quid enim eſt dn̄e quod pendet in ca:
pendet inq̄: quia preterita quaſi preſentia
coram te ſunt. Cognoſce pater, tunica filii
tui veri Ioſeph hec eſt. fera peſſima devora

uit eum, et conculcauit in furore ſuo veſti
mentum eius et omnem decorem illius re
liquijs cruoris inquinauit. Et ecce quinqꝫ
ſciſſuras lamentabiles in eo dereliquit.
Vide dñe pallium quod in manu adultere
generationis. id eſt. egyptie meretrici. pu
dicus ille adoleſcens reliquit: meliorem
eſtimans iacturam veſtimenti. q̄ innocētie
ſancte, magiſqꝫ eligens ſpoliatus a car
nis pallio in carcerem mortis deſcendere,
q̄ pro mundi gloria adulterine voci acq̄
eſcere. Illi inquam voci qua dictum eſt.
Hec omnia tibi dabo ſi procidens adoraue
ris me. quod utiqꝫ eſſet dormire cū adultera.
Et nūc dñe pater: ſcimus quia viuit filius
tuus et ip̄e dominatur in tota terra egypti
immo in omni loco dominationis tue. Educ
tus eum ad imperium tuum de carcere mor
tis et inferorum: et attonſus mortalitatis
comā. mutata veſte carnis in immortalitatis

decore refloruit et cum gloria ſuſcepiſti eum
Submergauit dum pharaonis imperium
et cum triūpho nobili virtute propria ce
los penetrauit. Et ecce gloria et honore co
ronatus in dextera maieſtatis tue aſſiſtit
vultui tuo pro nobis. frater eum et caro nr̄a
Iterum ad patrem ſub alijs verbis. eſt.
Aſpice pater piiſſime filiū tuū pro
me tam impio paſſum. R. eſpice pater
clementiſſime eum qui patitur et reminiſ
cere pro quo patitur. Nonne hic eſt ille inno
cens mi dñe. quem ut ſeruū redimeres, filiū
tradidiſti: Nōne autor vite eſt. qui ut ouis
ad occiſionem ductus tibiqꝫ obediens uſqꝫ
ad mortem factus: atrocis non timuit necis
ſubire genus. R. ecole totius ſalutis diſpo
ſitor. quia hic ipſe eſt, quem et ſi ex tua vir
tute genuiſti: nec tamen infirmitatis
participem fieri voluiſti. Vere hec tua
deitas que meā induta naturā crucis

aſcendit patibulum. qui aſſumptaq; carne
triſte tulit ſupplicium. Redac dñe oculos
maieſtatis ſuper opus ineffabilis pietatis.
Intuere dilectum natum. toto corpore extenſū
cerne manus innocuas pro manantes ſangui
ne, et remitte placatus ſcelera que patrauerūt
manus mee. Conſidera latus crudeli foſſū
cuſpide, et renoua me ſacroſancto fonte illo
quem inde fluxiſſe credo. Vide immaculata
veſtigia que non ſteterant in via peccatorū.
ſed ſemper ambulauerunt in lege tua, diris
cōfixa clauis, et perfice greſſus meos ī ſemitis
tuis. fac me odio habere omnē viā iniquitatis.
Viam iniquitatis miſericors amoue a me.
Oro te rex ſeculorū per hunc redemptorem
meū fac me currere viam mandatorum
tuorum. Nūquid non attendis pie pater
adoleſcentis filij chariſſimū caput. niuea
ceruice deflexa, precioſa reſolutum ī morte?
Aſpice mitiſſime conditor dilecte ſobolis

humanitatem, et miſerere ſuper infirmi plaſ
matis debilitatem. Candet nudatū pectus:
rubet cruentum latus, tenſa arent viſcera
decora languēt lumina, regia pallēt ora,
procera rigent brachia, pendent crura mar
morea, rigat terebratos pedes ſancti ſangīs
unda. Specta glorioſe genitor gratiſſime
prolis lacerata membra, et memorare que
mea eſt ſubſtantia. Vide redemptoris ſup
plicium, et remitte redempti delictū. Hic ē
dñe im quem propter pctā populi tui per
cuſſiſti. licet ipſe ſit dilectus in quo tibi bene
cōplacuiſti. Hic eſt ille innocens in quo dolꝰ
inuentus non ē. et tū cū iniquis reputatꝰ eſt.

Tunc ad crucifixum ſe conuertēs fidelis aīa
in hec verba pij affectus prorumpit

Quid commiſiſti dulciſſime
puer ut ſic iudicareris? Quid
commiſiſti amantiſſime iuuenis ut ſic trac
tareris? Quid ſcelus tuū, que noxa tua, que

noxa tua. que cauſa mortis. que occaſio
tue dãnationis? Ego enim ſum tui plaga
doloris, tue culpa occiſionis. Ego tue liuor
paſſionis, tui cruciatus labor. Ego tue
mortis meritum. tue vindicte flagitiū.
O mirabilis cenſure conditio et ĩeffabilis
myſterii diſpoſitio. Peccat iniquus, et
punitur iuſtus. delinquit reus, et vapu
lat innocens. offendit impius, dãnatur
pius. quod meretur malus, patitur bo
nus. quod perpetrat ſeruus, exoluit do
minus. quod cõmittit homo. ſuſtinet ds̄.
Quo nate dei quo tua deſcendit humili
tas. quo tua deflagrauit charitas? quo
proceſſit pietas? quo excreuit benignitas?
quo tuus attigit amor? quo peruenit
compaſſio? Ego enim inique egi, tu
pena mulctaris. Ego facinus admiſi,
tu ultione plecteris. ego crimen edidi,
tu torture ſubiiceris. ego ſuperbiui, tu

humiliaris. ego tumui, tu attenuaris. ego
inobediens extiti, tu obediens patri ſcelus
inobedientie luis. ego gule parui, tu inedia
afficeris. me ad illicitum ardorem rapuit
cõcupiſcentia. te perfecta charitas ducit
ad crucem. ego preſumpſi vetitū, tu ſubii
ſti aculeum. ego delector cibo, tu laboras
in patibulo. ego fruor delitiis. tu laniaris
clauis. Ecce rex glorioſe. ecce impietas mea
et claret tua pietas. en mea iniuſticia, et
tua liquet iuſticia. Quid deus meus et rex
meus? quid retribuam tibi pro omnibꝫ
que retribuiſti mihi? Non eſt quod inueni
ri poſſit in corde hominis quod condigne
talibꝫ referatur premiis. Eſt autem nate
dei in hac tua admirabili diſpoſitione
cui mea fragilitas in aliquo ſuppeditet,
ſi tua viſitatione cõpuncta mens, carnē
ſuam crucifigat cum vitiis et cõcupiſcen
tiis. Et ſi hoc a te conceditur, quaſi iã tibi

Incipit compati vel vincere. quia et tu pro
peccatoribꝫ dignatus es mori. ſicq3 per inte
riorem victoriam te duce armabitur ad
exteriorem palmam. quia devicta perſecu
tione ſpirituali non feratur pro amore tuo
ſubici gladio materiali. Ita exiguitas cō
ditionis ſi tue cōplaceat pietati. magni
tudinẽ valebit pro viribꝫ reſpondere cōditoris.
Et hec celeſtis medice bone Iheſu. hoc tuum an
tidotum amoris. Oro te per antiquas mi
ſericordias tuas infunde meis viſceribus
ut reiecta vipere contagionis labe. reintegret
me incolumitati priſtine quo guſtato
nectare tue ſuavitatis. faciat me illecebra
mundi proſpera toto affectu deſpicere
et nulla eius adverſa pro te formidare.
Nihil queſo ſine te mihi dulceſcat. nihil
complaceat. nihil precioſum. nihil preter
te mihi arrideat ſpecioſum. Vileſcant abs
te obſecro mihi oīa. ſordeſcant univerſa

quod tibi adverſum eſt. et mihi moleſtum
ſit. tedeat me gaudere ſine te. et delectet me
triſtari pro te.

Humilis petitio ad filium

ET nunc domine Iheſu redēptor
meus te ut verum deum adoro.
In te credo, in te ſpero. et quibus poſſum
deſideriis ad te ſuſpiro. Adiuva īperfecti
nem meam ad tue paſſionis glorioſa in
ſignia in quibꝫ ſalutem meam operatus
es: totum me inclino. Tue victorioſe crucis
regale vexillum in noīe tuo chriſte adoro
Tuum ſpineum diadema. tuo rubentes
ſanguine clavos. tuo ſancto lateri īpreſſ
immenſam lanceā. tua vulnera. tuū ſan
guinem. tuam mortem. tuā ſepulturam
tuam victorioſam reſurrectionem et glori
ficationem chriſte ſupplex adoro et glo
fico. Odor enim vite mihi ſpirat in dibꝫ hi
Horum vivifico odore ſpiritum meum.

domine a peccati morte reſuſcita. Horū
virtute ab aſtutiis ſathane me cuſtodi
meqꝫ conforta. ut et iugum mādatorū
tuorum ſuaue mihi fiat, et onus crucis
quod poſt te baiulare me iubes. humeris
anime mee leue ſit atqꝫ portabile. Que
eſt enim fortitudo mea. ut iuxta precep
tum tuum mundi preſſuras tam multi
plices animo inuicto ſuſtineam: Nūqd
pedes mei tāqꝫ ceruorū ut te velociter cur
rentem per ſpinas et confraga paſſionū
conſequi valeam: Sed audi queſo vocē
meam et inclina ſuper me famulum
tuum ſuauem illam crucem, que lignū
vite eſt, his qui apprehenderint eam. ut
et ſpiritu curram alacriter. Portabo in
fatigabiliter eam que ab inimicis ē, cru
cem. poſt te. Illam inquā diuiniſſimam
crucem humeris meis impone, cuius
latitudo eſt charitas. ſuper omnem cre

aturam ſe extendens. cuius longitudo eter
nitas, cuius ſublimitas omnipotentia,
cuius profunditas inſcrutabilis ſapiētia
eſt. Confige illi manus meas et pedes me
os, et totam formam paſſionis tue me fa
mulum tuum indue. Da mihi obſecro cō
tinere ab operibꝫ carnis que odiſti. et face
re iuſticiam quam dilexiſti. et in utroqꝫ
tuam querens gloriam, et ſiniſtrā quidē
meam clauo tēperantie, dexteram vero,
clauo iuſticie in illa ſublimi cruce cōfixā
arbitrabor. Da menti mee iugiter meditari
in lege tua, et omnē cogitatum meū iacta
re in te, et dexterum pedē meū eidem ligno
vite prudentie clauo affige. Da ut minuſ
tram ſpūs mei ſenſualitatem, nec eneruet
preſentis vite premia felix infelicitas, et
ſiniſter quoqꝫ pes meus fortitudinis cla
uo in cruce tenebitur. Sit autem et ſpi
narum capitis tui aliqua in me ſimili

tudo appareat, detur obſecro menti mee et
ſalubris penitentie cōpunctio, et aliene mi
ſerie cōpaſſio, et ſtimulus zeli emulantis
quod rectum eſt coram te, et ad te conuertar
in erūna mea, dum triplex mihi cōfigitur
ſpina. Libet ut et ſpongiam per arūdinē
ori meo porrigas, et aceti amaritudinem
guſtui meo adhibeas. Libet ut per ſcriptu
ras tuas rationi mee cōferas guſtare et vide
re, quomodo florens hic mundus tanq̃ ſpō
gia maris eſt. et omnis cōcupiſcentia eius
aceto amarior. Ita pater in me fiat ut calix
iſte babylonis aureus inebrians oēꝫ terrā,
nec inani me ſplendore ſeducat, nec falſa
dulcedine inebriet, quēadmodū eos qui
tenebras lucem et lucem tenebras. amarū
dulce, dulce amarū arbitrantur. Vinum
mirrhatum cū felle mixtum ſuſpectum eſt
mihi, pro eo q̃ tu ex eo bibere noluiſti. forte
quia nimiam acerbitatem mundi et nequi

tie crucifixorum tuorum indicabat. Tu q̃ꝫ
viuifice morti famulum tuū configura:
faciens in me ut moriar quidem peccato
ſecundum carnem: viuam autē iuſticie
ſecundum ſpiritum. Ut autem integrā
crucifixi imaginem portare me glorier,
illud quoqꝫ quod poſt mortem tuam in
ſaciabilis malicia iudeorum impiorum in
te exercuit. hunc in me ſimilitudinē expri
me. Vulneret cor meum viuus et efficax
ſermo tuus, et penetrabilior omni lancea
acutiſſima. et pertingens uſqꝫ ad iteriora
anime mee, producat ex ea tanq̃ a dextro
latere meo vice ſanguinis et aque, amorē
tuum domine et fratrum meorum
Poſtremo et munda ſyndone prime
ſtole ſpiritum meum Inuolue, in qua re
quieſcam, Ingrediens ad te in locū taberna
culi admirabilis, et abſcondis me donec
pertranſeat furor tuus.

De Reſurrectione domini

Hic autem tertio poſt diem labo-
ris. poſt diem ſimplicis glorie
mane prima ſabbati perfectum. inter filios
tuos me indignū reſuſcita, ut in carne
mea videam claritatem tuam. et adimple-
ar leticia vultus tui. O ſaluator meus
et deus meus, veniat, veniat oro tempus
ut quod nunc credo, reuelatis tandem
oculis aſpiciam quod nunc ſpero et a
longe ſaluto, apprehendam quod nūc
pro viribus meis deſidero, ulnis anime
mee amplectar ac deoſculer, et in amoris
tui abyſſo totus abſorbear. O ſaluator
meus et deus meus. Sed nunc interim
benedic anima mea ſaluatorē tuum
et magnifica nomen eius quod ē ſctm
et ſanctiſſimus plenum delitijs.
Amen.

IN RESVRRETIONE DOMINI ORATIO:

Domine Jeſu Chriſte dulcor vnice
qui ruptis vinculis mortis glori-
ficaſti corpus tuū: et in tam ineffabili gloria
ſurrexiſti, Precor et obſecro te per tuā reſurrecti-
onem floridam. da mihi ut a vicijs et a morte
anime reſurgens in virtutibus ſemper floreā
et in nouitate vite ambulem, ut que ſurſum
ſunt queram, et ſapiam non que ſuper terrā.
Per tue claritatis virtutem, purga animā
meam a tenebris pctōrum et per eandem vir-
tutem die vniuerſalis reſurrectionis caro
mea reſurgat ad gloriam, ut tecū eternaliter
in utroqꝫ gaudeam. Amen. ℟.
Chriſtus reſurgēs ex mortuis iā nō moritur. ℣. Mors illi ultra non.

Fac nos dn̄e Jheſu Chriſte per tuam
reſurrectionem ad te vere querendū
ſic bonis operibus īceſſanter currere. quatinus
te in eternū vincēte tua grā valeamus īuenire
et ī tua glīa btīfica viſione te videre. Qui viuis



INASCENSIONE · DOMINI · ORATIO

O Ihesu corona celſior qui reſurges a mortuus ad patris aſcendiſti dexteram, trahe ad te mentem meam, ut te ſolum ardenter deſiderem et iquiram. Da queſo toto deſiderio meo et ſtudio tendere, quo te credo aſcendiſſe. Ut in p̄nti miſeria ſolo tenear corpore, tecum autem ſim cogitatione et auiditate, ut ibi ſit cor meū, ubi tu ſis theſaurus meus et deſiderabilis et amabilis. Trahe me poſt te ut per tuam grām de virtute in virtutem aſcendens, te deum deorum videre merear in ſyon. Amen

C oncede queſumus ORO omnipotens deus ut qui hodierna die unigenitum tuum redemptorē noſtrum ad celos aſcendiſſe credimus. ipſi quoq; mente in celeſtib; habitemus. Per eundem dnm̄ nr̄m Ihesum chriſtu filium tuum Qui tecum vivit et reg.



Sequuntur ſeptem orationes diui Gregorij
Romani pontificis meritiſſimi. Prima.

O Domine Jheſu chriſte adoro te in cruce
pendentem et coronam ſpineam
In capite portantem. Deprecor te ut tua crux
liberet me ab angelo percutiẽte. Pr nr. Aue ma.

O Domine Jheſu chriſte, adoro te in
cruce vulneratum. felle et aceto po
tatum. Deprecor te ut tua vulnera ſint re
medium anime mee. Pr nr. Aue maria.

O Domine Jheſu chriſte te deprecor
propter tuam illam amaritudi
nem. quam propter me ſuſtinuiſti in cruce
maxime qñ nobiliſſima anima tua egreſſa
eſt de corpore tuo. miſerere anime mee in egreſ
ſu ſuo. Pater noſter. Aue maria.

O Domine Jheſu Chriſte adoro te in
ſepulchro poſitum mirra et aro
matibꝫ conditum. Deprecor te. ut mors tua
ſit vita mea Pater noſter. Aue maria.

O domine Iheſu Chriſte adoro te
deſcendentem ad inferos liberã
temqꝫ captiuos, deprecor te ne permittas
me illuc introire. Pater nr̃. Aue maria
O domine Iheſu chriſte adoro te
reſurgentem et ad celos aſcen
dentem ſedentemqꝫ ad dexteram dei patris
deprecor te miſerere mei. Pater nr̃. Aue.
O domine Iheſu chriſte paſtor
bone, iuſtos conſerua, pctõres
iuſtifica, et omnibꝫ fidelibꝫ defunctis
miſerere, et propitius eſto miſerrimo
peccatori. Pater nr̃. Aue maria.

finis

Ex ſpeculo euangelici ſermonis.
Qui ſtimulus amoris eſt nuncupatus
Diui Anſelmi Archiepi̅ Cantuarieñ.
Quã ſalubre ſit chriſtiano deuenire et
ãplecti infirma ſaluatoris

Oratio ad patrem et filium et ſpiritũ
ſanctum deuotiſſima ex libro beati An
ſelmi qui ſtimulus amoris nuncupatur.

Quã bonus et ſuauis es domine
Iheſu anime querenti te. Iheſu
redemptor captiuorum. ſalua
tor perditorum. ſpes exulum. laborantium
fortitudo. anguſtiati ſpũs latitudo. anime
lachrymoſe et poſt te in ſudore currentis dulce
ſolatium et ſuaue refrigerium. corona triũ
phantium. Vnica merces et leticia omnium
ſuperiorum ciuium, uberrime fons oĩm
gratiarum, inclita proles ſummi dei. Dum̃e
deus te benedicant omnia que in celo ſunt
ſurſum et que in terra deorſum: quia ma
gnus es tu et magnũ nomen tuum.
O inmarceſſibilis decor dei excelſi. et pu
riſſima charitas lucis eterne. Vita omne
vitam viuificans. lux omne lumen illu
minans et conſeruans in perpetuo ſplẽdore,

mille millena milia luminum fulgentia
ante thronū diuinitatis tue a principio dilu
culo. O eternum et inacceſſibile, inceſſabile
clarum et dulce profluuium fontis abſcon
diti ab oculis noſtris. qui ſolus ortum neſ
cit. fundo caret, circūſcriptionis terminum
non habet. nihil perturbationis admittit.
Eructauit cor dei te de ſue profunditatis
Impenetrabili abyſſo. Vita vitam. lux luce
deus deum. eternus eternū. immenſus im
menſum. ac per omnia ſibi coequalem
et de plenitudine tua omnes accepimus.
Te enim largiſſime fons omnis boni ſepti
plicis gratie precioſum lumen. Te igitur
piiſſime ſpūs deprecor, ut ſi qua pro fragi
litate mea in veritate maieſtatis tue minus
intellexi, et in preceptis dominicis īntellecta
per laſciuiam carnis neglexi, tua me viſi
tatione illuſtrare digneris, quibꝫ ea decen
ter et mihi neceſſarie corrigam meiqꝫ errores

filium ſuū. et iſtius boni filii erga vere bonā
et dulciſſimam matrem. ac bone matris er
ga tam bonū filium amorem quoquomodo
cōiectare poterit. Equidem oēs hoīes ex con
iunctione duarū perſonarū. hoc eſt maris
et femine procreantur, et amorē ſuū utriqꝫ
perſone. id eſt patri et matri naturaliter
debent qui ſic generantur. ipſiqꝫ nihilo
minus amorem ſuū parentes ambo. qui
eos genuerunt. Cum autem amorē quem
pater et mater ſinguli debent filio ſuo. debet
hec feliciſſima matrum ſola filio ſuo. amore
etiam quem debet filius quilibet ſimul ſuo
patri et matri. ille filius vere virginis ſue
debet ſoli matri. Nam ſicut alii filii naſcū
tur ex patre et matre. ita filius eius natus
eſt ex ea ſola matre. Excedit itaqꝫ omnes
amores parentum in filios, aut filiorum in
parentes amor iſtius matris in filium ſuum
et iſtius filii in matrem ſuā. Et ita ſe habet

iuxta rationem filiationis que facta probatur
extra legem humane procreationis
Aliquoqȝ modo ſi placet amorē huius
filij et amorem huius matris perſcrutemur.
Certe que generat eſt temporaliter nata,
qui generatur deus eſt. Oſtendit ergo paꝰ
amorem quem habebat erga matrē virgi
nem, et amorem quo nullum putemus eē
poſſe maiorem. matrem ſuam fecit illam,
et virginitatem illi non ademit. Equidem
hec duo iucūdius amabat. ſcz. fecunditatē
et virginitatem. Virginitatem quia hanc
placere deo per oīa intelligebat. fecūditatē.
quia ſine hac maledictum legis q̄ adhuc
carnaliter cuſtodiebatur, incurrere metuebat.
Vicit tamen in ea amor ſeruande virginitatis.
et excluſit ab ea timorē incurrende maledic
tionis. Et quis ſperauit in dn̄o, et derelictꝰ
eſt? Dedit ergo illi ut et virgo quod ma
gis optabat permaneret, et ut nemo illā

a maledicto legis liberrimā dubitaret. fecū
da fieret. Et vnde fecunda? de illo ſī quo
oīs fecunditas in ſterilitatem conuertitur.
Quid ergo hic dicemus? Eſt ne putatis
ulla mēs hoīs que modū huius dilectiōis
quam deus ad hanc virginē habuit queat
penetrare, qui et illi quod charius amabat
ſic integre ſeruabat, ut eam tam digne et
caſte fecunditatem. ſuipſius matrē fecit?
Et tu o beatiſſima feminarum in quā
fluxit tam copioſa et ſupereminens gratia
oīm gratiarum? Quid animi queſo gerebas
ad eum qui tibi hec magna fecit? Vnde ſicut
ipā dixiſti. iā ab omni generatiōe beata
dici meruiſti. Vere magnificauit anima
tua dn̄m: et ſpūs tuus exultauit in deo ſa
lutari ipſius. Salutare mirabile. quod nō
ſolum dn̄a te ineſtimabili ſalute ſubli
mauit: ſed et totum mūdum peccatorum
vulneribꝫ putridum, ex te prodiēs mira

bili diſpenſatione ſanauit.

Verum deum illum qui ſibi hec miranda
fecit paruulum inter manus ſuas verſari
et ad ubera ſua pendere, et ad parui et teneri
corporis leſiones paruulorum more vagire cõ
ſpiceret, quo precor affectu piiſſimus eius
animus mouebatur. quoue ſtudio ad occur
rendum cunctis que incõmoda illi fore timebat
parabatur caſtiſſimum corpus eius. Sed
quid dicam? Si tantus fuit amor eius et he
maior erga hunc dilectiſſimũ filiũ ſuũ, quo
queſo vel quali gaudio replebatur tota ſub
ſtantia eius, quũ eũ quem tantopere dilige
bat, quem creatorem ac dñatorem oim̃ rerũ
eſſe ſciebat, ſecum egentẽ, ſecũ edentem, ſe
quecũqꝫ noſſe volebat, dulci affatu docẽtem
haberet. quid caperet.

Oratio ad chriſtum marie virg. filium

Deus fili huius feliciſſime ma
tris: qui es virtus et vera ſapien
tia ſummi patris. oramus te quatenus ipſa
miſericordia qua factus es homo pro nobis
inſinuare digneris cordibꝫ noſtris quo aĩo,
qua intentione, qua cogitatione ferebatur
hec dulciſſĩa tua mater, cum te nuq̃ talem
ac tantillum in brachiis ſuis exultans et
leta teneret. Cum tibi infantulo dulcibus
oſculis et frequentibꝫ congauderet, cũ te la
chrymantem ſuper genua ſua quibꝫ poterat
modulis conſolaretur, cum demqꝫ aliis et
aliis ſtudiis ad que ipſam materna pietas
informabat, tibi pro qualitatũ viciſſitudi
nibꝫ ſedula blandiretur. Doce nuq̃ nos vel
paululum mente percipere affectũ ipſum
quo replebatur cor illius. ut ſi eũ pectorum
nroꝝ ſqualoribꝫ obruti, quantus fuerit
plene non meremur cõtingere, ſaltẽ pauca
mereamur in nr̃is crũmis aliquatenus
reſpirare.

Nec putandum eſt paruũ eſſe, nõ nihil de illi

matris pro affectu in filiū ſuū in ſe ſentire. Nullo
ſiquidem modo crediderim. q̄ is qui ad eū intelligēdū
prouehi meruerit, ab amoris eius dulcedine extraneus
uſquequaq; exiſtere poſſit. Hec Anſelmus.

DE COMPASSIONE · BEATE MARIE VIRGINIS · PRO · FILIO : CRVCIFIXO

Dum ergo tanta dilectione:
tanta exultatione beata dei
genitrix ex pñtia illius et
conuerſatione foret iocundata, perpendat
qui pōt, quibz doloribz, quibz gemitibus,
quibz ſuſpirijs cruciabatur, quando eū
a ſe crudelium manibz auelli. q̄n ad con
dennandū eum tradi, q̄n ad ſubeundam
mortem iudicio iudicis iniqui tribunali
conſpiceret ſiſti. forte tamen inter hec eſſe
aliqua ſpei conſolatio de euaſione illius
dum ſententiā mortis eius pendere cōſpi
ceret, audiretq; ſub altercatione preſidis
ipſum liberare querentis. Corripiam ḡ.

eum et dimittam. Verum dum prolata certa
ſententia mortis illius omnis eam ſpes eua
dendi deſereret, eūq; crucem in qua ſuſpendi
debebat, humeris uſq; ad locum ſue paſſionis
ſubuehere conſpiceret gemebunda. Eſt ne
precor aliquis qui queat percipere qualitatē
pectoris eius? Adiectus eſt his doloribz eius
dolor alius. Petrus et alij diſcipuli eius, de
nihili in apoſtolatū electi, et iam in tante cel
ſitudinem uirtutis. ut iam demonibz īperaret,
erecti, necnon ſecretorum illius conſcij et fa
miliares in cunctis effecti, inſtante hora
traditionis eius fugam ineunt, et eū pro
quo ſe mortem paulo an̄ ſubituros promiſe
rant, obliti tantorum bonorum ſponſioniſq;
ſue, ſolum ipſa conſiderante relinquunt.
Unde ipſum ad paſſionem omnibz amicis
deſtitutum tendentem. hac uoce ſeq̄batur
gemens. Uadis propitiator ad immolād
pro omnibz, non tibi occurrit petrus q̄ dixit.

Pro te moriar. Reliquit te thomas qui ait.
Eamus et moriamur cum eo omnes: et nul
lus ex his niſi tu ſolus duceris, qui me caſ
tam conſeruaſti filius meus et deus meus.
Uerum hec verba ex magne pietatis fōte
producta ita paucis ad hec cōmemoraſſe ſuf
ficiat, ut ea oculus pietatis attendens dum
tante matris gemebundis affectibꝫ cōpati
tur, pii amoris illius fructu remunerari
aliquū mereatur.

Sed cum ad ipſam eius paſſionem ven
tum fuiſſet, et ipſe cruci affixus. hinc ipſā
matrem ſuam. hinc diſcipulum quē dili
gebat prope aſtantes intuitus eſſet, ne ma
trem penitus orbatam relinqueret, ei preſentem
diſcipulum ſuo loco in filium ſubrogauit.
Mulier inquit ecce filius tuus. O cōmutatio
pro eterno et incōmutabili deo, purum et
corruptibilem hominem. pro naturali et
eterno filio. ſeruū accepit in filiū. O dn̄a

Jheſum nazarenum a iudeis
innocenter cōdemnatum, a
gentibꝫ cruci affixum. nos
Chriſtiani diuinis honoremus obſequiis
Saluatoris nr̄i infirma nos qui chriſti
ſumus. reuerenter venerari, amanter am
plecti, fortiter imitari dignū eſt et hono
rificum. Hec enim ſunt inſtrumenta
fortiſſima, quibꝫ omnipotens virtus et
inueſtigabilis ſapientia dei reſtaurati
onem mundi potenter ac mirifice ope
rata eſt, et uſqꝫ modo operatur. Chriſtus
dn̄s pro pctīs nr̄is crucifixus eſt et cru
cis amara ſuis amatoribꝫ dulcorauit.
Mortuus eſt et mortem necauit, ut viue
remus per illum. Et quis non amet chriſ
tum dn̄m? Quis non patiatur pro ipō?
Chriſtus per crucis ignominiā ad ſup
ne claritatis gloriam tranſiuit et data
eſt ei oīs poteſtas in celo et in terra.

Que gloriatio chriſtiani debeat eſſe in nomine Chriſti Jheſu nazareni Crucifixi.

Ubi eſt ergo gloriatio tua chriſtiane niſi in nomine crucifixi dñi tui Jheſu chriſti: in nõie quod eſt ſuper omne nomen: Gloriamini in nõie ſancto eius filii redemptionis, date honorem ſaluatori vr̄o qui magna fecit in vobis. et magnificate nomen eius mecum dicentes, Oratio

Adoramus te Jheſu Chriſte rex Iſrael, lux gentium. princeps regum terre, dñe ſabaoth, virtus dei omnipotentis fortiſſima. Adoramus te precium redemptionis nr̄e. hoſtia pacifica que ſola odoris tui ineſtimabili ſuauitate patrem qui in altis habitat ad reſpiciendum ĩra inclinaſti, et filiis ire placabilē reddidiſti. Tuas Jheſu Chriſte miſerationes predicamus, tue ſuauitatis memoriam cū abundantia eructamus, tibi chriſte ſacrificium laudis immolamus, pro multitudine bonitatis tue quam oſtendiſti nobis ſeminī nequā, filiis ſceleratis et perditis.

De magna miſericordia quam deus habuit ad genus humanum

Cum adhuc eſſemus inimici tui dñe et mors antiqua in omnem carnē iniquam exerceret dominium, cui omne ſemē adam lege primordialis culpe obnoxiū erat. recordatus es uberrime miſericordie tue, et proſpexiſti de ſublimi habitatione tua, ĩ hanc vallem plorationis et miſerie. Vidiſti dñe afflictionem populi tui, et tactus dulcore charitatis intrinſecus, appoſuiſti cogitare ſuper nos cogitationes pacis et Redemptionis. Et quidem cum eſſes filius dei verus deus deo patri ſanctoq; ſpiritui coeternus et cõſubſtantialis, lucem habitans inacceſſibilem portanſq; oĩa verbo virtutis tue, non deſpexiſti in hoc

nr̃e mortalitatis ergaſtulum, altitudinem
tuam inclinare ubi noſtram et guſtares et
abſorberes miſeriam noſq; reparares ad glo
riam Parum enim fuit charitati tue ad
cõſummandum opus nr̃e ſalutis cherubĩ
aut ſeraphĩ aut unũ ex angelis deſtinare
Ipſe ad nos venire dignatus es per mãdatũ
pr̃is, cuius nimiam charitatem experti
ſumus in te. Veniſti in quã non locum
mutando, ſed preſentiam tuam nobis per
carnem exhibendo. Deſcendiſti a rega
li ſolio ſublimis glorie tue in humilem
et abiectam in oculis ſuis puellam, p̃mo
virginalis continentie voto ſigillatã
In cuius ſacroſancto utero ſola ſpũſſcti
inenarrabilis virtus et te concipi fecit
et naſci in vera humanitatis natura:
ita ut nec maieſtatem divinitatis in te
nec integritatem virginitatis in matre
violaret nativitatis occaſio.

De miſeriis quas deus accepit pro homine

O Amanda, o admiranda dig̃tio.
deus immenſe glorie vermis
contemptibilis fieri non deſpexiſti. dñs
om̃ conſeruus ſeruorum apparere volu
iſti. Parum tibi viſum eſt, patrem te nob
eſſe, etiam dñe frater noſter eẽ dignatus
es. Et tu dñe univerſorum qui nullam
habes indigentiam inter ipa nativitatis
tue initia nõ horruiſti abiectiſſĩe pauper
tatis deguſtare ĩcõmoda. Infantia vo
tenerior decurſa, diſcende humilitatis
nobis exemplũ prebuiſti. Non enim
ſediſti cum conſilio vanitatis, ſed ĩ medio
doctorũ interrogans et audiens illos, cũ tu
dñs ſcientiarũ tu ſis. Sed et obedientie nob
formã preſtitiſti, dũ parentũ imperio tu
mũdi imperator humiliter ſubditus exti
tiſti At ubi robuſtioris etatꝭ plenitudo ad
venit. egreſſus es in ſalutẽ populi tui.



Incentiuum amoris


Cernis homo attēdas pro te ludibria porto.
Ecce per omne caput me ſpina aſperrīa pūgit.
Sputa genas maculāt, et regē ridet arundo.
Oſtēditq; manus vinclis arctata latronem.
Plurimus et toto conſciſſo corpore virgis
It cruor: ut nulla non parte cruentus āhelem.
Quare age, rūpe moras, et ſi qua ī cordibz uſq̄
Elucet pietas, miſerere meiq;, tuiq;
Peccantis, miſerere animi non digna ferentis.

Eſaias. A planta pedis uſq; ad verticem non eſt in eo ſanitas, Idem. Non eſt ei ſpecies neq; decor, et vidimus eum et non erat aſpectus, et quaſi abſconditus vultus eius et deſpectus, et reputauimus eū quaſi leproſum percuſſum a deo et humiliatum.

De illuſione Iheſu

Dilecte et electe puer domini dei mei, quid tanta amaritudine quid tanta confuſione dignū cōmiſeras: proſus nihil. Ego homo perditus

totius contritionis. totius confuſionis tue
tibi cauſa extiti. Ego vuam acerbam come
di, et dentes tui obſtupuerunt. quia que nõ
rapuiſti tunc exoluebas. In omnibꝫ his
non eſt perfidorum iudeorum ſanata īpietas
Nouiſſime autem in manus incircũciſoꝝ
militum deuolutus es. morte turpiſſima
cõſumendus. Parum erat ſacrilegis illis
crucifigere te niſi prius et ipſi repleuiſſent
illuſionibꝫ aīam tuam. Quid enim de illis
ait ſcriptura? Et cõgregauerunt ad eum
vniuerſã cohortem in pretorium. et exuẽtes
eum veſtimentis ſuis induunt eũ tunica
purpurea et chlamyde coccineam circũdede
runt ei. et plectentes coronam de ſpinis
impoſuerunt capiti eius et arũdinem in
dexteram eius et genuflexo illudebant ei
dicentes. Aue rex iudeorum. et dabant ei ala
pas. et expuentes in eum accipiebant
arũdinẽ et percutiebant caput eius.



Incentiuum amoris. Anſelmi epi

Expergiſcere o anima mea et excutere
de puluere et attende quis eſt iſte
qui ingreditur habens imaginē quaſi regis
et nihilominus ſerui deſpectiſſimi cōfuſiōe
repletus. Coronatus incedit, ſed ipſa eius
corona, cruciatus eſt illi, et mille pūcturis
ſpecioſam eius verticem diuulnerat. Regali
purpura induitur, ſed potius in ea deſpicitur
q̄ honoratur. Sceptrum in manu geſtat,
ſed eo ipō caput eius feritur. Vide aīa mea
quomodo per oīa vir iſte coartatur et ſpernitur.
Adhuc autem illum attentius intuere. q̄
et grādi admiratiōe et tenerrīa cōpaſſione
dignus apparet. Vide nudū et verberibz
laceratū in medio latronū cruci ignomi
nioſe ferreis clauis affixū. aceto et felle po
tatū. Fletū deducite oculi mei et liqueſce
aīa mea igne cōpaſſiōis ſuper cōtritiōe viri
illius quem tantis vides affectū doloribus.

O dies tanti occurſus glorioſa et felix
Dies tam preclare exultationis beata et ce
lebris. Dies tam ſublimis glorificationis
feſtiua et celebris et omni ſeculo admirabil
Dies enim illa non ſolum te dn̄a ineffabiliter
ſublimauit, ſed celum ipſum quod penetraſ
ti. Necnon cuncta que in eo ſunt noua et
ineffabili gloria decorauit.

ORATIO ANSELMI AD BEATĀ VIRGINEM:

Rogamus ergo te domina per
ipſam gratiam qua te prius
et omnipōs deus ſic exaltauit, et omnia tibi
ſecum poſſibilia eſſe donauit, quatenus
id ipſum apud eū nobis impetres et obtine
as, ut plenitudo grē quam meruiſti, in nob
ſic operetur, quo participiū beati premii eius
nobis miſericorditer quoq; concedatur.

Ad hoc quippe deus nr̄ per te factus eſt
frater nr̄, ut quemadmodum ipſe dignatus
eſt conſors fieri nr̄e humanitatis, ſic nos

mereamur conſortes fieri ſue diuinitatis.
Intende queſo dña piiſſima ut nobis ad
effectum proueniat. propter quod deus nr̃
ex tuo caſtiſſimo utero factus homo inter
hoĩes venit. Ne ſis queſumus exoratu diffi
cilis quia procul dubio idem benigniſſimus
filius tuus dñs nr̃ ieſus chriſtus erit ad
cõcedendum quicquid voles promptiſſim⁹
et exaudibilis. Tantũmodo itaq; velis ſalu
tem nr̃am. et vere nequaq̃ ſalui ẽẽ non po
terimus. Quid igitur ſtringet larga miſe
ricordie tue viſcera domina contra nos.
ut nolis ſaluari nos? Certe deus nr̃ (teſte
propheta) miſericordia nr̃a eſt. et tu eiuſdẽ
dñi nr̃i abſq; dubio vera mater es. Si tu
ergo que dei mater es et eo reuera miſeri
cordie mater et grẽ, denegas nobis effectũ
miſericordie. cuius tam mirabiliter facta
es mater, quid faciemus cum idem filius
tuus aduenerit cunctos equo iudicaturus

Iudicio? Siquidem licet ipſe filius tuus ſit.
per te factus frater nr̃. ubi voluntatem
tuam ſue videlicet dilectiſſime matris, ma
gis porrectam aduerterit, illuc ſeruata
equitatis ratione, a qua te nullatenus
diſcrepare videbit, iudicij ſui ſententiam
ſiue ad miſericordiam inflectendo, ſeu ad
iuſticiam intendendo promulgabit.
Subueni ergo nobis dña piiſſima, et non cõ
ſiderata pctõrum nr̃orum multitudĩe. velle
tuũ ad miſerendum nobis inflecte. Cogita
queſo et recogita apud te, quia non ad dã
nandum ſed ad ſaluandum pctõres cõditor
noſter ex te factus eſt hõ. Cur itaq; nõ iuua
bis nos pctõres. qñ propter nos in tantam
celſitudinem es leuata, ut te dominã habeat
et veneretur omnis pariter creatura. An
ideo utrũ pereamus amplius nõ curabis.
quia quicquid de nobis miſeris ultra eue
niat, glorie tue iactura nulla inde proueniet?

Et hec quidem bona domina fortaſſis aliquo modo dici poſſet ſi pro tui ſolius exaltatione et utilitate mater dei facta fuiſſes. Sed utiq; deus qui hominem aſſumpſit ex tua caſtiſſima carne, hoc fecit pro tua et nr̃i omnium ſalute. Si ergo tu que plena ſalute es potita, non intendis ut eadem ſalus pro modulo nr̃o etiam ad nos uſq; pertingat, tã tuorum ſufficiens commodorũ, noſtrorũ negligẽs eſſe videberis, et que pro totius mundi ſaluatione meruiſti fieri mater altiſſimi. cum nos poſtpoſueris quos obuoluit finis ſeculi, quid queſo proderit nobis tua glorioſa et felix exaltatio? et quid inde habemus dulcis et affectuoſe exultatio? Ut ergo filiũ tuum totius mundi ſaluatorem et te eius reconciliatrem eſſe veraciter ſentiamus: eo nos propenſiori ſtudio tua precamur, et foue, quo in fecibꝫ mundi natos et alitos, potiori leuamine proſpicis indigere. Ab initio demũq; renouationis humane omnibꝫ ſub tuũ preſidium confugientibꝫ hucuſq;. ſuccurriſti. et iccirco pre omni creatura. omni laude digniſſima dici et eſſe meruiſti. Eia ſuccurre oramus, ut laus quam per tot ſecula digne poſſediſti, continua tibi duret in gratia ipſa qua mundo perdito ſubueniſti. Tibi ergo nos commendamus, tu procura ne pereamus, effice potius ut ſalus nr̃a de die in diem multiplicetur et filio tuo dñõ nr̃o ieſu chriſto vita nr̃a iugi denotione famuletur. Qui cum deo patre et ſpiritu ſancto viuit per oĩa ſclã ſeculorum

Amen

SEQVNTVR SEPTEM · GAVDIA · BTE MARIE :
A BEATO · THOMA · MARTIRE · MECNÕ CANTV
ARIEÑ ARCHIEPÕ · COMPILATA ·

Gaude flore virginali
Que honore ſpeciali
Tranſcendis ſplendiferum.

Angelorum principatum
Et ſanctorum decoratum
dignitate munerum
Gaude ſponſa chara dei
Nam ut clara lux diei
Solis datur lumine
Sic tu facis orbem vere
Tue pacis reſplendere
lucis plenitudine
Gaude ſplendens vas virtutum
Cuius pendens eſt ad nutum
Tota celi curia
te benignam et felicem
Jheſu dignam genitricem
Venerans in gloria.
Gaude nexu voluntatis
Et amplexu charitatis
Juncta ſic altiſſimo.
Vt ad votum conſequaris
Quicquid virgo poſtularis.

HIERONIMVS · DE · EXTREMO : IVDICIO :

Quotiens diem iudicii conſidero, toto corpore contremiſco. Siue enim comedam ſiue bibam ſiue quid aliud faciam ſemper videtur illa tuba terribilis inſonare auribus meis. Surgite mortui. venite ad iudicium.

IDEM DE EODEM :

Ego in ſcelerum meorum latens ſepulchro, et peccatorum vinculis colligatus, quotidie dominicum illum clamorem expecto. Hieronyme veni foras.

PECCATRIX : ANIMA : CORAM : IVDICE : SVPREMO : ORATIONEM : SEQVENTEM : FLEXIS : GENIBVS : EFFVSIS : PER : ORA : LACHRIMIS DEBITA : CVM : CORDIS : ATTENTIONE : PROFERAT

Altitudo diuitiarum ſapientie et ſcientie dei. O trinitas laudabilis et vnitas mirabilis, pater filius et ſpiritus ſanctus. O domina ſanctiſſima ac puriſſima virgo maria, aduocatrix peccatorum clementiſſima. Ad vos quoque ſanctorum angelorum cohortes

cherubin atqꝫ ſeraphin. Et pariter ad vos
celeſtes militie ſanctorū ſanctarūqꝫ om̄i
Ego ſceleroſus homuncio in ſcelerū meor
ſepulchro iacens, erigo liberales cordis ocu
los. ad vos ſupplices porrigo manus. Ad
vos ſuſpiro, ad vos confugio, voſqꝫ totis reaſ
ſumptis viribus concupiſco. Sed magis ad
te dn̄e Iheſu chriſte fili dei vivi, qui me a
laqueo eterne mortis liberaſti, et per effuſi
onem tui precioſi ſanguinis vivificaſti.
Ego peccatorum om̄i ingratiſſimus me
ritorum pauperrimus, flagitiorum abū
dantiſſimus, firmo propoſito ac deliberata
voluntate, ad correctionem vite melioris
recurro. ad clementiſſimam bonitatis
tue miſericordiam. In cuius conſpectu
proteſtor me velle ad ovile omnium tuarū
redire, cum ſis paſtor ille verus qui no
biliſſimam aīam tuam pro om̄ibꝫ dediſ
ti. Scio nec dubito ꝙ pueritie metas

adoleſcentie curſum, iuventutis progreſ
ſum, atqꝫ omnia tempora mea, annos,
menſes, dies, horas, ac momenta ſingula
timore tuo depoſito tranſgreſſus ſum,
a divinis legibꝫ declinando. Iuſticias
tuas prophanando, gr̄am tuā abiciēdo
dona ſp̄us ſancti, virtutes oēs atqꝫ eccle
ſie ſacramenta ſpernendo. Nec his con
tentus malis dedi proximo meo occaſionem
peccandi et peccantibꝫ conſiliu, auxiliū
et favorem. ex quo indignatioēꝫ tuam in
curriſſe atqꝫ a conſortio ſupernorū civiū
ſeparatum me video. Timeo ergo vehemē
ter dn̄e Iheſu et toto corpore contremiſco
ne mihi dicas o hominū infeliciſſime q̄d
debui tibi facere et non feci? Non eras,
et ex nihilo creavi te. Peccaſti et diaboli
ſeruū te feceras, et redemi te. Errabas per
multa pericula, et liberavi te. Ambula
bas per ignorantie tenebras, et docui te.

Dederam tibi grãm in conſpectu meo, et vole
bam apud te facere manſionem. tu vero deſ
pexiſti me. et non ſolum ſermones meos, ſed
meipſum proieciſti retrorſum, et ambulaſti
poſt concupiſcentias tuas. Ideo domine
Jheſu benigniſſime, dñe Jheſu ſuauiſſime,
dñe Jheſu dulciſſime. Per merita ſacratiſſime
paſſionis tue, per acerbiſſimos dolores puriſ
ſime genitricis tue, per gemitus et lachrymas
ſanctorum apoſtolorum, ignoſce mihi, ſuc
curre languenti anime. Require ouem
perditam a ſacro grege tuo euagantem.
Et concede mihi in hoc exilio penitentie,
verum cordis dolorem, ac firmã peccatorũ
meorum cõpunctionem. Da obſecro ocul
meis fontem lachrymarũ, ut culpas meas
eo quo merentur dolore flere valeam.
Auge deſiderium meum, et da quod peto.
quoniam ſi cuncta que feciſti, mihi dede
ris, non ſufficit ſeruo tuo. niſi teipſum

dederis. Heu hec domine deus qualem me
feci, et qualem me iterum feci: In pctis concep
tus et natus eram et abluiſti me. Verum
ego prioribꝫ ſordidaui me. Expertus ſum in
memetipſo horrorem pctorum meorum inſup
portabilem, quia et ſi canis putridus fetet
hominibꝫ, grauius tamen peccator fetet deo
et angelis. Ideo dulciſſime Jheſu, coram te
expando omnes iniquitates meas, quia
tu ſolus potes delere omnia ſcelera mea.
Non enim abſcondo, ſed oſtendo, nõ excuſo
ſed accuſo. Ego reus ego accuſator meus.
Ego ſum qui peccaui in celum et corã te,
nec ſum dignus vocari filius tuus. Ego
ſum qui peccaui ſuper numerum arene
maris. Ego ſum qui gumſi unde me iuſte
dãnare potes, tu tamen non amiſiſti vñ
peccatores ſaluare ſoles. Parce ergo, parce
mihi dñe, qui es vera ſalus, qui non vis
mortem peccatoris. Ecce dñe Jheſu chriſte

coram grauissimo conspectu tuo, exhibeo
animam meam virtutum muneribus
desolatam, pondere peccatorum grauatam
delictorum sordibus fedatam. O peccata
mea innumerabilia estis et magna valde,
et nisi a vobis absoluar, quid erit de me?
Nam superbia rebellat, auaricia pungit,
luxuria urit, presumptio iudicat, conscientia
mordet, gula incitat. Inuidia murmurat,
lingua detrahit, iracundia perturbat, am
bitio inuidet, acidia tepescit, oculus concu
piscit. Hinc video iudicem iratum, hinc
angelos flentes, hinc demones frementes.
Considero eterna gaudia, video parata
supplicia, et ideo timor me conturbat.
horror aggreditur, conscientia accusat,
dolor opprimit, tremor inuadit, fugere
non licet, et quo me diuertam? ignoro.
O insaniam cecam, o prophanum con
silium, Scio et nullatenus dubito, quia

qui facit peccatum seruus est peccati. Et nihilomi
nus fragilis immo volubilis mens mea a
peccatis non abstinet, sed a scelere in scelus fu
ribundo impetu dilabitur. Propter quod
confundor in memetipso, nec dignus sum
oculos meos in celum leuare, sed multoma
gis dignus illos sum plorando cecare.
Ideo recordare domine clementissime ac iu
tissime, quia quamuis iudex et testis sis
ad me iudicandum, es nihilominus mi
sericors dominus ad indulgendum, et solus sal
uator ad saluandum, creator ad conser
uandum, ac verus redemptor ad me libe
randum. Et ideo domine Ihesu per infinitam
bonitatis tue clementiam, dispone cor
meum ut vere sit contritum et humiliatum.
Quatenus omni spurcicia peccatorum eli
minata, tibi grata sint opera mea. Et
pariter in hora mortis mee fultus presidio
gratie tue securus coram rigoroso examine

tum diſtricti iudicem apparere valeam, qui es benedictus per immenſa ſecula. Amen.

NARRATVR: DEI: BENEFICIA: QVE: IAM: CŌTVLIT: ATQVE: ARRAS: QVASDAM: AC PIGNORA: BENEFICIORV̄: MAIORV̄

Tu dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, et iudicans das locum penitentie in peccatis. Diliges enim omnia que ſunt, et nihil odiſti omniũ que feciſti, et miſereris omniũ qui omnia potes, diſſimulans peccata hominum propter penitentiam. Non in vanum igitur nobis indulges ſpacium vite ad penitendum et revertendum ad te. Ne ergo dñe miſericordie vanũ ſit mihi tempus quod indulges ad penitentiam. Domine miſericordie, tot et tanti ſunt ſublati de medio et rapti ad eterna ſupplicia, quibꝫ penitendi ſpacium non dediſti. Tot ſunt morte preoccupati, tot ſenſibus ſuis alienati, tot acerbiſſimis egritudinum doloribus excruciati, et conſiꝫ vexati, ut neqꝫ de penitentia ſua et reverſione ad te ſaltem cogitare potuerunt. Mihi autem dñe contraria adiumenta tribuiſti. Dans mihi ſtatum tranquillum ſanitatis et incolumitatis, ſenſus ſanos et integros, niſi q̃tu vitia mea aut obſcuraverunt aut turbaverunt. Dans etiam tempus penitentie. Ex ignavia igitur mea eſt, ꝙ tempore iſto non utor ad penitentiam, ꝙ iſtud totum non expendo in procuranda reverſione mea ad te.

O Domine miſericordie non ſolum graviter et multipliciter ſuper omnem eſtimatioẽ meam peccavi in te, ſed etiam contra curiam tuam celeſtem totam, et contra dona omnia gratiarum tuarum. Domine miſericordie pro quibus et quantis dimiſi bona illa quibus fruuntur electi tui in civitate illa tua de qua glorioſa dicta ſunt, que nec oculus vidit, nec

auris audiuit que preparaſti o deus glorie diligentibus te. Que autem hic amaui amore inſipientiſſimo etiam ſi vera bona eſſent fugitiua tamen ſunt vſque adeo ut tanta velocitate fugiant, ut etiam ab his qui ea apprehendere totis ſtudiis inuigilant, non tam fugiunt quam etiam euaneſcunt. Nec minus ipſi curſu rapidiſſimo preſentis mortalitatis ab ipſis fugiant, quorum ſi neutrum eſſet, ipſa tamen mors illa ab amatoribus ſuis violenter raperet ſicut inceſſanter facit.

Cum his autem omnibus gaudia iſta gaudia ſompniantium ſunt, et riſus iſti riſus freneticorum. et labores atque dolores ſpiritualibus laborantium morbis. Sicut veriſſime dicit veritatis tue doctor Auguſtinus. Quid amplius (inquiens) de huiuſmodi loquar: fantaſmata ſunt ſompniantium et illuſiones mente alienatorum. Vanitates ſunt, dum nec conferunt plenitudinem

continenti, nec fulcimentum innitenti, nec fructum laboranti in eis. Mendatium ſunt, dum quod promittunt amatoribus ſuis ſacietatem et copiam et maiorem ſui eſuriem atque ſitim habita et obtenta ingerunt.

Quam infelix quam inſipiens immo quam inſanus negotiator fui, qui tam pernicioſo commertio vera illa ſolidiſſima et eterna, precioſiſſima ac iocundiſſima, pro tam vilibus, tam falſis tam vanis tamque fugacibus ne dicam bonis ſed potius bonorum fantaſmatibus deſerui.

Quanta fuit cecitas mea, quanta tenebroſitas oculorum cordis mei, qui me videre tam execrabiles illuſiones tam damnabiles deceptiones non ſinebat. que tanta tamque lugenda ſemperque dolenda mihi detrimenta mea abſcondebat. Quam dura iniquitas et impietas mea. Quam ceca nox quam opaca, quamque denſa nubes viciorum et peccatorum meorum. vſque adeo operuerat oculos meos ut nec memet

ipſum, nec tam vicina immo adherentia mihi
mala aliquatenus agnoſcerem. Domine
miſericordie quantum obſurduerat aĩa
mea, que tonitrua ſermonũ tuoꝝ et tubas
videlicet predicatores tuos audire me non
ſinebat. Qᵘ profunda lethargia ſpiritualis
mea que me voce tua que vox tube eſt, et vox
tonitrui magni excitare me et euigilare pro
hibebat. Vere neſciebam ubi eram, et erã
mihi ipſi abſconditus, immo perditus erã
vere in regione umbre mortis habitabam,
vere ſedebam in tenebris et in umbra mortis
in concluſione horrifica viciorum et pctorũ
meorũ vinculis, et miſerabili captiuitate
conſtrictus, ſeruitute nequiſſima ac turpiſ
ſima depreſſus, et quod eſt ſumma omĩ
malorum placebat mihi tanta miſeria mea.
Placebat mihi habitatio iſta teterrima, et
nobilem animam eſſe ſub ſentibꝫ iſtis de
licias computabam. Ducebar cõcupiſcenti

arum malarum ardoribꝫ, lacerabar ſolicitudi
nibus. Et miſerrimus atqꝫ inſaniſſimus ego
tot et tanta tormenta anime mee eſſe gaudia
ſomniabam et pacem appellabam tot et tanta
mala mea. Domine deus meus nõ ſufficio
cogitare immenſitatem malorum meorum.
Ecquis ad hec ſufficere põt? Tu enim ſis cꝙ
multo numero annorũ peccare nõ ceſſaui,
vel mala cõmittendo vel bona omittendo.
Domine deus meus quod eſt malum cuius
reus non ſum vel illud perpetrando opere,
vel volendo illud perpetrare? Et hec in memet
ipſo per meipſum. vel in alio volendo vel con
ſentiendo ut illud cõmitteret, vel laudando
ipſum malum, vel non redarguendo, cũ hec
ad me ex officio pertineret.

Non enim mihi licere poterat, videre
vnam ex omībꝫ tuis pereuntem et a lupis
infernalibꝫ deuorari et eripere eam de faucibꝫ
eorum. Quod enim eſt bonũ quod in me nõ

extinxi vel in alio non perſecutus ſum. Dñe miſericordie quot bona perierunt vel me procurante ut non eſſent vel me non iuuante ut eſſent. Et ut ad unum dicam, pctã mea quis intelligit: niſi tu ſolus cuius oculis omnia nuda et aperta ſunt. A me ſiquidẽ abſcondita ſunt propter immenſitatem ſuam que cor meum obcecauerunt et me ipſum mihi abſconderunt, opertus enim eram impietate et iniquitate mea, et propť hoc ignotus ſum et abditus mihi ipſi.

PETITIO: INTERCESSIONIS: BEATE: MARIE: VIRGINIS: EX: GVILLO: PARISIENSI

Adibo te immo etiam cõueniã glorioſiſſima dei genitrix quam matrem miſericordie et reginam pietatis vocat immo clamitat omnis eccleſia ſanctorum. An poteris denegare peccatoribz interpellationis tue grãm apud benedictum deum ac dominũ noſtrũ Iheſum chriſtum filium tuum. Tu inquã cuius gratioſitas nunq̃ repulſam patitur cuius miſericordia nulli unq̃ defuit, cuius benigniſſima humilitas nullum unq̃ deprecantem quantũcunqz peccatorem deſpexit. Veriſſime nãqz de te dixit laudum tuarum preco mirabilis ſanctus Bernardus Clareuallenſis. Sileat inquit miſericordiam tuam virgo beata, ſi quis eſt qui inuocatã te unq̃ in neceſſitatibz ſuis meminerit defuiſſe. Totum ſiquidem quod habes grẽ, totum quod habes glorie, et hoc etiã ipſum quod es mater dei ſi fas ē dicere peccatoribz debes. Omnia enim hec propter peccatores tibi collata ſunt. Non denegabis igitur quod debes quin potius ſupaddes maiora mihi impendens q̃ debeas. Et intendo quia maiori inſtantia ac deuotione orabis pro me, q̃ ego auderem petere, et maiora etiam impetrabis mihi

q̄ petere preſumam. An poſſet hoc pati pietas
tua illa que nulli vnq̄ defuit, ut denegares
mihi in tanta neceſſitate auxilium, et tam
miſerabili tāq; periclitanti cauſe mee miſe
ricordie tue patrocinium? An falſe et inaniter
vocat te omnis eccl'ia ſanctorū aduocatam
ſuam et miſerorum refugium? Abſit hoc a
matre dei que fontem pietatis toti mundo
peperit, ut cuiq̄ miſerorum ſue miſericordie
ſubuentionem vnq̄ deneget. Innumeris
exemplis magnificorum operum miſerico
die tue que operata es erga peccatores miſer
rimos, docuiſti nos et perſuaſiſti de tua mi
ſericordia confidere, de tua pietate ſperare,
et in omnib; neceſſitatib; noſtris ſub alis
tue protectionis fiducialiter confugere.
An eſt miſericordie tue onerosa multitudo
ad te clamantium? an eſt aliquatenus
difficilis gratioſitati tue impetratio vel
venie vel gratie quantecunq;? Scio domina

miſericordie quia nihil horum eſt apud te qui
potius gaudium eſt tibi ſuffragari miſeris
et reuocare gratioſiſſimis ac ſēp efficaciſſimis
precib; tuis periclitantes, et etiam periclitatos
a perditione et perditionis periculis.

Tu enim dulciſſima dei mater ſuper
omnes angelos et homines noſti quantum
placeat benedicto filio tuo ſalus nr̄a, q̄ prona
q̄ prompta ſit miſericordia eius ad ſaluan
dum nos. Noſti etiam quanta gloria ſit ei
ſaluare perditos. hec enim eſt gloria ſuper oēs
alias. Inde eſt illi collaudatio, benedictio, et
gratiarū actio ſuper omnia alia bona que
facit vel fecit vel facturus eſt. Qua ergo
ſuper omnes hoīes et angelos diligis gloriā
benedicti filij tui que indubitanter maxīa
eſt ei ex ſaluatione perditorum, maxime
placet tibi procurare illam. Hoc eſt impetra
re peccantib; gratiam ipſius. quare reconci
liatio pctor; eſt maxīe grata tibi et placita.

Dum ergo te exoro ut me miſericordiſſimo filio
tuo reconcilies hoc procul dubio a te peto
quod maxime gratum atq; placitum tibi
certiſſime ſcio. Non potes igitur mihi dene
gare quod peto. Si enim denegares quod tibi
placidiſſimu͂ atq; gratiſſimu͂ quid poſſet
ſperari vnq̄ a te. vel ſuper quo vnq̄ exora͂di
eſſes dn̄a mea dulciſſima :

Amplius omnis eccleſia ſanctorum
vocat te mediatricem hominu͂ ad deum
et hoc nec falſe nec vane. Officium ergo
tuum eſt mediam te interponere inter ipm̄
et homines. Non media͂ quide͂ diuiſionis
ſed potius reconciliationis. Quid autem
a te iuſtius peti pōt, q̄ ut impleas officiu͂
tuu͂ : Quid demq; matri dignius, q̄
gloriam filii adaugere, et ad idipſum
propter quod mater dei es totis ſtudiis
ac viribz intendere : Qua igitur in hoc
et ad hoc mater dei effecta es in, quo et ad

quod ipſe verus deus et homo et filius tuus
effectus eſt, hoc autem non niſi propter reco
ciliationem mundi ad ipſum (ſiquidem
deus erat in chriſto mundum ſibi reconci
lians) et ut ad vnu͂ dicatur. Venit filius
hominis querere et ſaluu͂ facere quod perie
rat. Iuſtiſſimum igitur ac digniſſimum
eſt ut tu digniſſima dei mater in hoc ipſum
ſtudioſe ac vigilanter intendas. Unde et
propter quod tibi tantus honor accreuit et
gloria, ut dei mater ſis, reginaq; mundi et
domina. Hoc autem nullus fidelium igno
rat eſſe reconciliationem et ſalutem pecca
torum. In hoc igitur intendat pietas et dul
cedo tua deuotiſſimis gratioſiſſimis et ſep̄
efficaciſſimis precibz et ſupplicationibz
tuis. Fruſtra naq; clamabimus ad ipſum
te tacente, quoniam voces nr̄e nulle erunt
coram eo vel apud ipſum. ſi tue nobis
defuerint. immo ſi tuis adiute no͂ fuerint

Moueat ergo te glorioſa dei mater benigniſſiā
miſericordia tua que maior incogitabiliter eſt
omnib; vicijs meis et pctīs. Abſit a te duciſſiā
dei mater, ut plus poſſint apud te contra me
vicia mea et pctā, q̄ poſſit miſericordia tua pro
me. Abſit ut clamor eorum que īplacabiliter
ſemper odiſti, preualeat clamori meo. et obſtru
at aures miſericordie tue. Abſit, ut oīa mala
mala mea (licet tot et tanta ſint) poſſint ob
ſtruere os ſacratiſſimū tuū et labia tua. in
quib; tanta grā infuſa eſt cōpeſcere vel prohi
bere ne loquatur pro me. Abſit ut poſſit ſuſpē
dere te a tam ſalubri officio pietatis tue quo
et aduocata es et mediatrix hoīm, poſt filiū
tuum ſpes vnica et refugium tutiſſimum
miſerorum. Et ne allegaueris contra me
iuſticiam qua indigniſſimū me confiteor
omni auxilio pietatis tue et omni reſpectiōe
miſericordie tue. Non enim fas eſt ut allegas
pro iuſticia contra me vel contra quecūq;

aliū. hoc enim eſſet te ſtare pro iuſticia contra
miſericordiam, cui certiſſimū eſt, et totum q̄
polles grē, et totum quo fulges glorie, et illud
precellentiſſimum omniū videlicet q̄ es mater
dei, te debere miſereri. Abſit a te igitur piiſſima
dei mater ut vel in modico vel ſtes vel alleges.
non enim hoc debes iuſticie, ut ullo modorum
obſiſtas vel miſericordie benedicti filij tui, ex
qua ſunt tibi quibuſcūq; predita es bona.
vel miſericordie proprie tue, videlicet que te ſu
per omnia bona tua alia glorificat. Hec eī
eſt per quam maxime matrem dei te eſſe de
monſtras et potiſſimum peccatorib; et mi
ſeris, qui per veniam et gloriam quas eis
impetras, inceſſanter matrem dei te eſſe
cognoſcunt euidenter. Nulla enim creatu
ra et tot et tanta et talia impetrare poſſet
apud benedictum filium tuū miſeris, quē
admodum tu apud ipſum impetras eiſdē.
In quo procul dubio non tāq̄ ancillam

ſuam (que indubitanter es) ſed tanq̄ matrem
veriſſimam te honorat. Amplius aliis matri
bus aſſimilari debent filii, te autem glorioſa
dn̄a decet aſſimilari benedicto filio tuo, et
potiſſimum in ea virtute per quam ſe fecit
filium tuum, et te matrem ſuam. Hec autem
eſt miſericordia. propter hoc in miſericordia
es eidem ſimillima. Neceſſe igitur eſt totam
te poſſideat miſericordia, et ideo nihil potes
etiam contra illam de iuſticia. Ne ſteteris
igitur pro iuſticia contra illam. Et propter
hoc ne allegaueris illam contra me, qui ſoli
miſericordie tue poſt filium tuum innitor.
ſpēq; meam poſt illum totaliter ī ipſa poſui
atq; fixi. Ne allegaueris dulciſſima dei ma
ter pctā mea contra me, qui miſericordiam
tuam allego contra ea. Abſit ut reminiſca
ris ipſorum de qua ſeruus tuus ille deuotiſ
ſimus beatus Auguſtinus de te loquens
dixit. Quia quotiens de pctīs agitur, nullā

(inquit) prorſus de intemerata dei genitrice
volo fieri mentionem. Abſit ut peccata vel
alia audaciam habeant apud te, que ad
hoc et propter hoc mater dei effecta es, ut pctā
tollerentur et exterminarentur. Abſit a pctīs
meis iſta poteſtas, ut aures miſericordie tue
auertere poſſint a clamore meo, vel obſtruere
eas contra illū. Abſit ab eis ut conſiq; poſſint
officium miſericordie tue (quod ē miſereri)
prohibere contra me. Abſit ut officiū filio tuo
placitum et toti mundo tam ſalutare tāq;
neceſſariū ſuſpendere ullo modo poſſint.

Hec guilermus pariſieñ antiſtes.

DE INVOCATIŌE NOĪS MARIE· ANSEL

Velocior eſt nōnunq̄ ſalus memorato nōīe
marie, q̄ inuocato nōīe dn̄i nr̄i Jheſu Chriſti
filii ſui. Et id quidem non ideo fit, q̄ ipſa maior et
potentior eo ſit, nec ipſe enim magnus et potens eſt
per eam. ſed illa per ipſum. Quare ergo propior
ſalus in recordatione eius q̄ filii ſui ſepe percipitur?

Dicam quid ſentio. Filius eius dñs eſt et iudex omniū diſcernens merita ſingulorum. Dum igitur ipſe a quouis ſuo nomine inuocatus non ſtatim exaudit, profecto id iuſte facit. Inuocato autem nomine matris, et ſi merita inuocantis non merentur ut exaudiatur, merita tamen matris intercedūt ut exaudiatur. Hoc denique uſus humanus quotidie probat, cū quis propoſito dnico nōie efficaciter ab alio aliquid īpetrat qd ſimpliciter ſua prece nequaq̄ impetrare pōt. hec ille.

BER: DE: MISERICORDIA: VIRGINIS: AD: NOS

Nos quidem in ceteris virtutib; congaudemus tibi, ſed in miſericordia tua potius nobiſipſis. Laudam9 virginitatem, humilitatem miramur, ſed miſericordia miſeris ſapit dulcius. hāc āplectimur charius, recordamur ſepius, crebrius inuocamus.

IDEM BERNARDUS

Reuolue totam ſeriem euangelii, et ſi quid aſperum, ſi quid durum inueneris in maria. Deinceps eam ſuſpectam habeas, et ad eam accedere verearis. hec melliloquus Ille Bernardus Laudum alme matris preco mirabilis.

DE ASSUMPTIONE: BEATE: VIRGINIS: MARIE: EX BEATO: ANSELMO:

Verum cum ipſe in regnum ſuū eam aſſumere et ei magnificentiam regni ſue glorie decreuiſſet oſtēdere, cuius preco? dignitatis et honoris apparatib; intendebat tota curia āgelorum quibus ſue vocib; exultationis et ſalutis reſonabant numeroſa tabernacula antiquorum patrum ipſi curie tunc aſſociatorum? Certe crediderim omnes illi9 beatre patrie ciues feſtiuiori ſolito ac ſublimiori ritore decoris, ad aduentum matris dñi ſui preparari, ac noua quad et ineffabili iocunditatis grā protante rei expectatione coniubilare. Et quid mirum? Ipſe ieſus deus et dñs omniū filius eius benedictus huius caſtiſſime virginis et dñe rerum ipſe ei ſicut vnice matri totus feſtiuus occurrere volebat.

... et dominum ſua de tanti gaudii im
menſitate ſubtraheret? Vtique inter homines
moris ſcitur eſſe, vnumquemque bonum ſeruum
cuiuſuis prepotentis dñi eo maiori gaudio
in anima domini ſui aduentu exultare, quo
ipſum dominũ ſuũ cognouerit aduentante
amicum magis amare. Si ergo hec ita ſe ha
bent apud hoïes, quibz ſi qua bonitas ineſt
longe tamen ſupernorum bonitati impar
eſt, cõtempletur aĩo qui põt, quo gaudio,
qua feſtiuitate, quibz concentibz iubilabãt
omnes beatorum ſpirituum ordines, qñ et
vnicam dñi ſui matrem aduentare, et ipſũ
dominũ ſuũ ei videbant omni ſua gloria
decoratum velle occurrere. Stipatus itaqz
mille milibz, immo innumerabilibz ãgelorũ
agminibz, deus ipſe hunc piiſſime matri ſue
e hoc mundo migranti occurrit, eamqz ſuper
omnes celos exaltatam cuncte ſecũ creature
eternũ iure dominaturã i throno glĩe collocauit.

SEPTEM · PSALMI · PENITENTIALES · CV̄ · LETANIA · EX PSALTERIO · BEATE · VIRGINIS EXCERPTI : FREQV̄ETISSIME · APECCATRIE ANIMA · DECANTANDI :

ANTIPH Sancta maria ſuccurre miſeris.

Domina in furore dei ne ſinas
corripi nos: neqz in ira illius
iudicari.
Propter honorem tui nominis dña
propitietur nobis fructus ventris tui.
De porta inferi et de ventre abyſſi:
tuis ſanctis precibus libera nos
Aperiantur nobis ianue ſempiterne:
et enarrem in eternum mirabilia tua.
Quia non mortui, neqz qui in infer
no ſunt laudabunt te domina, ſed qui
tua grã vitam eternam poſſidebunt.
Gloria ſemper tibi ſit o regina celorũ:
et nullo tempore noli nos obliuiſci.

SECVNDVS · PSALMVS :

484

Beati quorum corda te diligunt
virgo beata: peccata ipſorum
miſericorditer diluentur.
Beata caſta et florigera viſcera tua:
que florem virginitatis tue conceperunt.
Decor pulchritudinis tue corruptiōē
non videbit: et vultus tui gratia imperpe
tuum non marceſcet.
Benedicta tu virga ieſſe ſublimis:
que te uſq; ad ſedentem in throno dominū
dilataſti.
Virgo regina ipſa eſt via per quam
nos ſalus de ſedibꝫ ſupernis viſitauit.
Gloria ſemper tibi ſit o regina celorū
et ullo tempore noli nos obliuiſci. Pſ. 37
Domina ne in furore ſuo argu
at me dn̄s: michi veniam
obtine de peccatis.
In conſpectu tuo ſit omne deſide
rium meū, ſpes et confidentia mea.

Cor meum conturbatum eſt: receſſit
lux de viſceribus meis.
Illumina ſplendore tuo cecitatem
meam: dulcifica dulcore tuo contritio
nem meam.
Ne derelinquas me domina mater
dei: gr̄a et virtus tua ſit a dextris meis.
Gloria ſemper tibi ſit o regina celorū
et ullo tempore noli nos obliuiſci. Pſ. 50
Miſerere mei domina: que
mater miſericordie nuncu
paris.
Et ſecundum viſcera miſericordia
rum tuarū munda me ab iniq̄tatibꝫ meis.
Effunde gratiam tuam ſuper me: et
ſolitā clementiā tuā ne retrahas michi.
Quoniam peccata mea confiteor
tibi: et coram te me accuſo de ſceleribus
Fructu ventris tui me meis.
reconcilia, et pacifica me ei qui me crea
uit

Gloria semper tibi sit o regina celorum: et
ullo tempore noli nos oblivisci. ps. ſ.?

Domina exaudi orationē meam
et clamor meus ad te veniat.

Ne avertas sacrum aspectum tuā a me:
neqꝫ abhominaveris me propter invidiā meam.

Ne derelinquas me in consilio et cogitati
inimicorum meorum: ne sinas me cadere in
exprobratione illorum pessima.

Qui confidunt in te non timebunt colu
brum tortuosum: et qui exaltant te preconiis
evadent manus acherontis.

Per virginalem conceptum tuū da mi
in te confidentiam bonam: et per admirabilē
partum tuum letifica animam meam.

Gloria semper tibi sit o regina celorum.

De profundis clamavi ad te dn̄a:
domina exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes in vocem
laudis et glorificationis tue.

Libera me de manu adversariorū meorū:
confunde et destrue ingenia et conatus eorum
contra me.

Deduc me ad portam salutis: et inter
iustos scribatur nomen meum. ps. A°

Gloria semper tibi sit o regina celorum.

Domina exaudi orationem meā:
percipe tuis auribus deprecati
onem meam.

Persecutus est malignus vitam meam:
deposuit in terra conversationem meam.

Demigravit me caligine sua, et anxia
tus est vivus spiritus meus.

Ne avertas faciem tuam a me: ut non
corruam cum descendentibus in lacum.

Emitte lucem tuam et veritatē tuam:
et repara denuo vitam et consciam meam.

Gloria semper tibi sit o regina celorū:
et ullo tempore noli nos oblivisci.

Sequitur Letania devotissima

Kyrie eleeyson. Christe eleeyson
Kyrie eleeyson. Christe audi nos
Pater de celis deus marie gloriosus
conditor miserere nobis.
Fili redemptor mundi deus marie
nobilis fecundator miserere nobis.
Spiritus sancte deus marie mirabil[is]
obumbrator miserere nobis
Sancta trinitas unus deus qui ma
riam glorificas, miserere nobis.
Sancta maria que totum mundū
illuminas. Ora pro nobis.
Sancta maria que pro peccatoribꝫ
supplicas. Ora pro nobis.
Sancta maria illuminatrix cordiū
Ora pro nobis.
Sancta maria solatrix flentium. or[a]
Sancta maria saluatrix penitentiū
Ora pro nobis.
Sancta maria fons mīe ora.

Sancta maria splendor ecclesie ora
Sancta maria flumen sapientie. ora
Sancta maria ab āgelo salutata. ora
Sācta maria a spū sc̄o obūbrata. ora
Sācta maria ī celis glorificata. ora
Sācta mã veris rosa gratiosa. ora
Sācta mã, virgo dulcis et speciosa. ora
Sācta mã īperatrix amorosa. ora
Sācta mã a deo p̄e electa speciosa ora
Sācta maria a protecta virgo a spiritu
sancto Ora pro nobis.
Sācta mã que deū in utero cōcepisti. ora
Sancta maria que deum in tuis sāctis
visceribus humanasti. ora.
Sācta mã q̄ deū et hoīem peperisti ora
Sancta maria virgo virginum
signifera. Ora pro nobis.
Sācta mã virga iesse christifera. ora
Sācta mã arbor vite fructifera. ora
Sācta mã feminarū pulcherrimã. ora

Sancta mã humiliũ humillima. ora.
Sancta maria ſacrarũ ſacratiſſima. ora.
Sancta maria ſup̄ omnẽ carnẽ amãda. ora
Sancta maria ſup̄ omnes reuerentius
celebranda. Ora pro nobis.
Sancta maria ſup̄ omnes excellentius
magnificanda Ora pro nobis.
Sancta mã conditoris om̃ mater. ora
Sãcta maria redẽptoris om̃ mater ora
Sãcta mã mũdo deſiderabilis mater ora
Sancta maria v̄go gratiarũ plena. ora
Sãcta maria pia fundens ſolatia ora
Sãcta mã flos et decor amabilis. ora
Sancta maria fluuius ſapientialis ora
Sancta maria ſplendor et lux orientalis.
Sancta maria virtutum celi regĩa. ora
Sancta maria feneſtra criſtalina. ora
Sãcta maria perpetue lucis aurora. ora
Sãcta mã v̄go pulcherrĩa et decora ora
Sãcta maria celorum dulcis melodia. ora

Sancta maria deliciarũ dei dapifera. ora
Sancta mã celeſtis aque pincerna. ora
Sancta maria placide deitatis vmbraculũ
Sancta maria puriſſimum celeſtis grẽ
vaſculum. Ora pro nobis.
Sancta mã dignũ chriſti cenaculũ. ora
Sancta maria virginũ noua exultatio. ora
Sancta maria mulierũ p̄ma bñdictio. ora
Sãcta maria miſerorũ pia cõſolatio. ora
Sancta maria charitatis magnitudo ora
Sancta maria pietatis latitudo. ora
Sancta maria mater orphanorum ora
Sãcta mã mamilla paruulorum. ora
Sãcta maria cõſolatio afflictorum ora
Sãcta mã nobilis regina celorum. ora
Sancta maria cui angeli obediunt et
obſequuntur. Ora pro nobis
Sancta maria cui ſancti et ſancte congau
dent et congratulantur. Ora pro nobis.
Sãcta maria quam omnia laudant et.

Venerantur. Ora pro nobis.
Propitia esto parce nobis domina.
Ab omni malo. Libera nos domina.
Ab oī mala tentatione. Libera nos
Ab ira dei et indignatione eius. Libe.
A periculosa desperatione. Libera.
A superbia precipitante. Libera
A luxuria deturpante. Libera nos
Ab avaricia devastante. Libera.
A peccato invidie cruciantis. Libera
A peccato gule et gastrimargie. Li.
Ab incursu hostis malignantis. Li.
Per decorem et gaudium in christi
incarnatione. Libera nos domina
Per dolorem et angustiam in ipsius
passione. Libera nos domina
Per gaudium et leticiam de eius
resurrectione. Libera nos domina
A mortis pavendo discrimine. Libe.
Iudicij districto examine. Libe.

Ab inferni horrendo cruciamine. Li.
Peccatores. Te rogamus audi nos
Ut sanctam ecclesiam piissima do
mina conservare digneris. Te roga.
Ut navigantibz portum, peregrina
tibus reditum, infirmantibz salutem, tri
bulatis consolationem, captivis liberati
onem impetrare digneris. Te rogamus
Ut famulos et famulas tuas tibi
devote famulantes consolari digneris. Te.
Ut cunctum populum tuum filij
tui precioso sanguine redemptum conser
vare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut cunctis fidelibus defunctis requi
em eternam impetrare digneris. Te.
Ut nos exaudire digneris. Te.
Mater dei, mater dei, mater dei. Te.
Mater charissima domina nostra
miserere et impetra nobis pacem. Te.
Dñe exaudi. Et clamor meus.

Concede miſericors deus fragili
tati noſtre ſubſidium, ut qui
ſancte dei genitricis memoriam agimus:
interceſſionis eius auxilio a nr̃is iniquita
tibus reſurgamus. Per eundẽ chriſtum.

ANTI: AD: BTAM: VIRGINE: COTRA: PESTE:

Stella celi extirpauit que lactauit dominũ
mortis peſtem quam plantauit primus parens
hominum. Ipſa ſtella nũc dignetur ſidera cõpeſcere
quorum bella plebem cedunt dire mortis ulcere.
O glorioſa ſtella maris a peſte ſuccurre nobis
Audi nos nam te filius nihil negans honorat.
Salua nos Iheſu pro quibꝫ uirgo mater te orat.

VER: Ora pro nobis ſacta dei genitrix. Ut digni.

Deus miſericordie, deus pieta
tis, deus indulgentie, qui
miſertus es ſuper afflictionem populi
tui et dixiſti angelo percutienti populũ
tuũ ſufficit, nunc contine manum
tuam ob amorem illius ſtelle glorioſe.

cuius ubera glorioſa ac precioſa. contra
venenũ delictorum noſtrorum q̃ dulciter
ſuxiſti. Da auxilium grẽ tue ut ab oĩ
peſte et improuiſa morte ſecure liberemur
et a totius perditionis incurſu ſaluemur.
Per te ieſu chriſte ſaluator mundi rex glorie
qui cum deo patre et ſpũ ſcto uiuis et regnas
deus per omnia ſecula ſeculorũ. Amen.

DE HOC GLORIOSISSIÕ NOIE MARIA:

Memorie proditum eſt quendã Religioſum
ex partibꝫ hieroſolimitanis uenientem, retuliſſe. q̃ in
illis partibꝫ quinq; pſalmos incipientes a ſingulis
lr̃is glorioſi nõis Marie ac memoria ipſius frequẽtare
multi ceperint. Magnificat pro M. Ad dñm cum tri
bularer. pro A. Retribue ſeruo tuo. pro R. In cõuer
tendo, pro I. Ad te leuaui pro A.
Ego cum pro uirili anhelãs matri gratificari
operepretium duxi ex pſalterio diui bonauenturẽ in
laude ipſius uirginis edito. excerpere quinq; pſalmos
qui a lr̃is huius nõis Marie auſpicarentur.

Eligat vnuſquiſq; quod volet. Qz vero gratum
q̃q; acceptum ſit alme matri dei eoſdem pſalmos qui
a ſingulis l̃ris ſui ſanctiſſimi ac glorioſiſſimi nominis
auſpicantur cum deuotione recitare Joſſionis monachi
teſtatur prodigium. Qui cum predicatos pſalmos
quotidie decantaret In honore nois Alme matris
Poſt eius exceſſum quinq; flores roſarum. ex quinq;
corporeis ſenſib; pullulantes inuente ſunt. In
roſa vero que exibat de ore eius Inuenerunt ſcriptũ

M A RI A PSALMUS

Magna es dña et laudabilis
valde: in ciuitate dei celi et in
vniuerſa eccleſia electorum eius.
Aſcendiſti alternantib; hymnidi
cis angelorum choris: archangelicis con
ſtituta, roſis ac lilijs coronata.
Occurrite illi principatus et poteſta
tes: obuiate ei virtutes et dominationes
Cherubin throni et ſeraphin :
exaltate eam, et conſtituite eam ad dexterã

ſponſi et amantiſſimi filij eius.
Qm̃ leto animo et ſereno aſpectu ſuſ
cepiſti eam angelorum et hominum deus: et
dediſti ei principatum ſuper omnem
locum dominationis tue,
Gloria ſemper tibi ſit o regina celorũ
et nullo tempore noli nos obliuiſci.
Ad beatam mariam cũ tribula
rer clamaui: et exaudiuit me
Domina libera nos ab omni malo.
cunctis diebus vite noſtre.
Contere capita inimicorũ noſtrorum
pede inſuperabilis virtutis tue.
Et ſicut exultauit ſpũs tuus in
deo ſalutari tuo: ſic veram digneris
infundere letitiam cordi meo.
Ad dominũ accede rogatura
pro nobis: ut per te noſtra peccamina
deleantur
Gloria ſemper tibi ſit o regina cel.

De tribue servo tuo o dña. sedm
multitudinē mīe nominis tui
Revela oculos meos: et considerabo
mirabilia tuarū munera gratiarum.
Exultent et letentur super te omnes
qui te diligunt: et qui oderunt nomen
tuum corruant in infernum.
Ego autem et anima mea in terra cap
tivitatis mee: benedicam nomen tuum et
glorificabo te in secula seculorum.
Gloria semper tibi sit o regina celorum
et nullo tempore noli nos oblivisci. PS. 9.
In convertendo faciem tuam
serenissimam super nos: letifica
nos virgo mea mater dei.
Benedicta sis mater dei, pre cunctis
mulieribus super terram.
Benedictum sit gloriosum nomen
tuum: quod os dñi mirabiliter nominavit
Non deficiat laus tua de labiis meis

nec charitas tua de precordiis meis.
Qui diligunt te benedicentur a deo: et
qui volunt te diligere non fraudentur a de
siderio suo
Gloria semper tibi sit o regina celorū.
Ad te levavi oculos meos regina
que habitas in celis.
Adiutorium nostrum sit in virtute
nominis tui: per te omnia opera nostra
dirigantur
Benedicta sis in celo et in terra, et in
mari et in omnibus abyssis.
Benedicta sit fecunditas tua: benedicta
sit virginitas et mundicia tua.
Benedictum sit corpus tuum sanctū:
benedicta sit anima tua sanctissima.
Gloria semper tibi sit o regina celorum.
DEINDE DICATVR ORATIO SEQVENS
Gloriosissima et purissima virgo
et mater domini nostri Ihesu

chriſti tue puritati me ac meos affines neceſ
ſarioſq amicos commendo. Nam veraciter
agnoſco q(uod) in filii tui conceptione et incar
natione verbi dei hoc munere donata es
ut quicumq in neceſſitate conſtitutus nomē
ſanctum tuum invocaret. actutum. que pro
ſpexeris et fore neceſſaria ad ſalutē impetra
res. Memineris igitur o maria tante prero
gative qua pre ceteris virginibus a deo opti
mo maximo donari meruiſti. Et per nomē
ſanctum tuū quod eſt maria interpretatū
maris ſtella, ne patiaris me per hoc ſinuoſū
mare diu oberrare, ſed ſplendoris tui direc
tione ad portum ſalutis fac appellere.
Preſtante filio tuo Ihesu chriſto qui cū pr̄e
et ſpū ſancto vivit et regnat. Amen

Dulce nomen domini noſtri Ihesu Chriſti
et beatiſſime Marie matris eius. ſit benedictum
In ſecula ſeculorum. Amen

SUB TUUM PRESIDIUM CONFUGIM9
SANCTA DEI GENITRIX

Soubz ton ſupport umbre et protection
Tuition ſauuegarde et deffence
Je me ſoubmetz ſoubz bonne intention
Deuotion amour et reuerence
Mere de dieu qui par ſa prouidence
Te prepara pour luy ſeul pure et munde
A toy me rendz tu ſoye ma confidence
Vers ton cher filz le redempteur du monde

NOSTRAS DEPRECATIONES NE DESPICIAS
IN NECESSITATIBUS

Prens ſi te plaiſt ma deprecation
Fleur de ſyon plaine de redolence
Me preſeruant de tribulation
Daffliction danger et peſtilence
Tu ſcays et peulx par ta haulte excellence
Garder les tiens de labiſme profunde
En excuſant leur criminel offence
Vers ton cher filz le redempteur du monde.

Sed a periculis cunctis libera nos
ſemper virgo benedicta.

Deliure moy de deſolation
Doppreſſion peris et violence
En toy iay mis ma conſolation
Daffection louant ton innoſcence
Benoiſte vierge ou giſt toute affluence
Dimmortel bien et grace qui tout munde
Par toy peſcheurs ont planiere indulgence
Vers ton cher filz le redempteur du monde.

Envoy

Pour deſconfort donne moy patience
Que lennemy iamais ne me confonde
Et en la mort monſtre moy ta clemence
Vers ton cher filz le redempteur du monde.

Pour deſconfort donne moy patience
Que lennemy iamais ne me confonde.
En la mort monſtre moy ta clemence
Vers ton cher filz le redempteur du monde

Dame ſans per voyant par durs alarmes
Ton enfant mort entre tes bras poſe
De ton coeur tendre iſſirent maintes larmes
De quoy tu as tout ton corps arrouſe
Car lors douleur ſon glaiue a expoſe
Pour toy naurer iuſques a lame tendre
Quant tu le veiz en croys les bras eſtendre
Pluſieurs regretz pleurs et plaintes tu feiz
Et tant voulus en ton coeur douleur prēdre
Que aultre penſer neuz qua plourer ētēdre
Pour la pitie que tu euz de ton filz

O doulce vierge en regardāt ſes armes
Cloux lance et croys dont il fuſt depoſe
Apres quil euſt vaincu peche par armes
Et le chappeau deſpines compoſe
Puis le ſepulchre ou il a repoſe
Je te ſuppli de me faire comprendre
La grand douleur que ſouffrit ta char tēdre
Et que mes yeulx ſoyent en larmes confitz

Tant que plaiſir ne puiſt plaiſir comprendre
Que nulle pars ne veulle de deul fendre
Pour la pitie que tu eulz de ton filz.

Qui eſt la mere qui ait les yeulz tāt fermes
Quant ſon enfant verroit las et uſe
Son corps briſe et ſes membres enfermes
Par faulz teſmoingz criminel acuſe
Puys flagelle ſans point eſtre excuſe
Tout nu en croys entre deulz larrons pendre
Qui de plourer ſon coeur ne fiſt eſprendre
Auſſi que toy mere du crucifix
Car bien mondain tu nas voullu attendre
Mais a gemir il ta pleu ſans fin tendre
Pour la pitie que tu as eu de ton filz

Lenuoy

Princeſſe et dame avec toy veul apprēdre
A lamenter ne me laiſſe ſurprendre
Par lennemy qui vers moy tend ſes filz

Oratio ad beatam virginē mariā

Ave ſanctiſſima mater dei. fons
et roſa ſpeciei. aurora et lux diei
dulcedo oīm gratiarum. et plenitudo oīm
chariſmatum. Vera ſalus mundi pereūtis
et humani generis reparatio ſalutaris.
Pone glorioſa dn̄a ſuper me peccatorem
clementiſſimū aſpectum tuum, et pueri
tui dulcem, glorioſum, radioſum et amoroſū
ſicq; me inebria grā tua, ut laudes digne
tur accipere ex mea peccatrice lingua.
Tu es enim vas auri ſolidum precioſo
lapide ornatum in quo rex angelorum
placidum invenit habitaculum et umbra
culum et redemptorū amoroſum. Tu es
enim ſancte trinitatis nobile triclinium
precioſum tabernaculum tante maieſtati
amabile, gratioſum. Per te enim recreātur
infirmi, conſolantur gemebundi, reſuſcitā
tur mortui, letificantur doloroſi. Tua virtus

et gratia confundit inferna, destruit peccata
restaurat perdita, letificat celestia, saluat
erroneos, dulcificat angelos, facit videre ce
los. O mater pia et om̄ gratiæ regina plenis
sima, precor te per dei filium conceptū tuū
et partum tuum sanctissimū et gloriosissi
ut amor tuus semper sit in corde meo. lux
tua in pectore. tua dulcedo in mente, deuotio
tua in anima. laus et iubilatio in lingua
mea. Adiuua me in necessitatibꝫ, sana me
in infirmitate, conforta me in aduersitate,
Sis mihi solatium in tribulatione, fortitu
do in tentatione, dulcedo in afflictione, lucer
na in opere. Per te dirigatur vita mea, mors
tua illustretur p̄ntia gloriosa. Egredientē
animam meam de corpore defende. de manu
aduersarij de potestate acherontis. et de
flamma putei infernalis. Pro me ante
thronum dei supplica, iram iudicis demul
ce et placatius precibꝫ, ut coniungi merear

AD BONV ANGELVM ORO DEVOTA

O Dulcissime comes huius mee mi
sere peregrinationis sancta et
immaculata creatura beate angele dei. qui
ad custodiam fragilis vite mee deputatus es
Attende queso ad me et loquar ad dnm meū
cum sim cinis et puluis. Inclite dn̄e in faciē
tuam non vidi. neqꝫ vocem tuam audiui. sic̄
nec dignus fui. credo tn̄ sedm scripturas veri
tatis q̄ meū es et custodias me diebus ac
noctibꝫ sicut mandauit de me benignitas
pr̄is mei qui in celis est. Heu me quantum
offendi faciem tuam in multitudīe pctorꝝ
meorū que ego infelix homo in conspectu
tuo perpetrare ausus sum. Heu q̄ iusta
est indignatio tua aduersum me domine
mi. Multa enim que in oculis mortalis
hominis facere veritus sum, te presente,
te inspiciente actu et cogitatu irreuerenter
cōmisi. neqꝫ honorem dedi tibi magno et

Immortali miniſtro viventis dei, qui ipſo
permittente immerito poteras in momento
corpus et aiām perdere in gehennā. Sed pius
et miſericors fuiſti, in me ſicut qui miſit te
deus. Me peccante ſiluiſti, et diſſimulaſti
te videre peccata mea quibꝫ irā merui,
diſtuliſti penam, expectaſti penitentiā
Qꝫ autem non ad omne delictū prolapſus
eſt pes meus, certe non meis viribus, ſed
grē dei attribuo et tue diligentie O
cuſtos bone, cuſtos qui de nocte vigilaſti
ſuper me. fuit ſepe in foribꝫ meis pctm ita
ut iam uno pede domū ſubintrans et certe
ſtudio tuo excluſum eſt, quia emulatus
es me dn̄e. Tranſgredi enim cum vellem
feciſti ut non poſſem, et cū poſſem feciſti
ut nollem. Nec ſolum curam anime mee
habere voluiſti, ſed corpus meū miſerum
pctis ſubditum a multis periculis cōſer
vare dignatus es. Ecquid faciam tibi

AD BEATVM PAVLVM · ORATIO

Doctor et magiſter gentiū in fide
et veritate qui per grām dei tā
mirabiliter ad fidem attractus fuiſti. et a
Chriſto veritatem evangelii edoctus extitiſti
adhuc in carne manens uſqꝫ ad tertium
celum rapi meruiſti. Vbi audiſti arcana
verba que non licet homini loqui. Et ibi
etiam didiciſti quod doceres in terris. pre
omnibꝫ eccliam lumine doctrine illuminā
do. Reſpice ſuper me pctorem tenebris igno
rantie excecatum. Et grām mihi impetra
qua tua ſancta illuminatus doctrina. a
meis pravitatibꝫ ad veram lucem cōverti
valeam. et dei cognoſcere facereqꝫ volūtatem.

AD EV DEM · PRO STATV · MILITATIS ECCLESIE

Reſpice etiam o doctor optime
ad doloroſum miſerandum
ac lachrymabile piaculum ecclesie, modo
tam crudeliter a canibꝫ et malis operariis

laccerate. Heu beatiſſime doctor vides hodie
quod olim deplorabas, que ſua ſunt omnes
querere, non que ſunt Jheſu Chriſti. et ini
mici facti ſunt cruci ſalvatoris, quorum
deus venter eſt. et terrena ſapiunt. Ideo
in confuſione et turbatione eſt gloria
eorum. Nonne vides o eccleſie lumen talia nūc
vigere in ea et multo peiora. Exurgo ergo ma
giſter pie et tuis ſanctis eam una precibus
ne pereat quam plantavit tuis ſudoribus ſua
dextera Chriſtus. Et de tam profundo pelago
eruere ne cuncteris, ut non in nobis ſint ſchiſ
mata, ſed idipſum omnes dicamus. ſecundū
veritatem quam in ea predicaſti Et confun
dantur et pereant qui eam conturbant et
dividunt. Et cognoſcant quia eſt altiſſimꝰ
dn̄s eam gubernans et regens et de manibꝫ
iniquorum liberans eam

AD BEATOS APOSTOLOS

Beatiſſimi
apoſtoli domini oīm fidelium

principes et magiſtri. Qui digni fuiſtis
chriſtum in carne videre, audire, et tot et tāta
bona ab ipſo recipere. Me indignū et magnū
peccatorem nolite queſo deſpicere. Et poteſtate
vobis a dn̄o tradita a vinculis pctorū meorū
abſolvere dignemini. et grām impetrare,
quatinus dei precepta per vos miniſtrata et
tradita ſic vivendo complere valeam. ꝗ cū
venerit vobiſcum iudicare ſeculū per ignem
non a ſiniſtris inter edos. ſed a dextris inter
oves collocare. Amen

Ad ſanctos dei martyres.

O fortiſſimi milites Chriſti fide
ipſius olim optime armati
pro ſui amore omnia gaudia temporalia
ſpernentes. nullaqꝫ genera tormentorum
formidantes, mundum terrentem, ac blandi
entem irridentes, nunc vero triūphantes cum
ipſo glorioſe eternaliter gloriantes ac regnā
tes, tanto letiores, quanto pro ipſo hic fuiſtis

Viderat hec iniquam. dū pectora fida ſuorum
Diffugerent pellente metu: memor ergo reuiſit
Te primam ante alios: tibi ſe prius obtulit vnī
Te quoqꝫ digreſſus: terris et aſtra reuerſus
Bis tria luſtra: ſibi nūqꝫ mortalis egentem
Rupe ſub hac aluit: tā longo in tempore ſolis
Diuinis contenta epulis: et rore ſalubri.
Hec domus antra tibi ſtillātibꝫ humida ſaxis
Horrifico tenebroſa ſitu tecta aurea regum.
Delicias omnes ac ditia vicerat arua.
Hic incluſa libens longis veſtita capillis
Veſte carens alia terdenos paſſa decembres
Diceris: hic non fracta gelu: nec victa pauore.
Namqꝫ fames: frigus durū quoqꝫ ſaxa cubile.
Dulcia fecit amor, ſpeſqꝫ alto pectore fixa.
Hic hominū non viſa oculis, ſtipata cateruis
Angelicis: ſeptemqꝫ die ſubiecta per horas.
Celeſtes audire choros alterna canentes.
Carmina corporeo de carcere digna fuiſti.

De eadem maria magdalena. Oro

Anthi. de ſancto Rocho. contra peſtem
aſylum tutiſſimum.

Aue roche ſanctiſſiē nobili natus ſanguine, crucis
ſignaris ſcemate ſiniſtro tuo latere. Roche peregre
profectus peſtifere curas tactus mirifice
tangendo ſalutifere. Vale roche angelice vocis citatus
famine obtinuiſti deifice a cunctis peſtē pellere

Ora pro nobis beate Roche ℟. Vt digni efficiamur.

Deus qui beato rocho per ange
lum tuum tabulam eidem
afferentem promiſiſti, ut qui ipſum pie
inuocauerit a nullo peſtis cruciatu ledere
tur: preſta queſumus, ut qui eius memo
riam agimus, meritis ipſius a mortifera
peſte corporis et anime liberemur. Per d.
noſtrum ieſum chriſtum filium tuum
Qui tecum viuit et regnat in vnitate
ſpūſſancti deus. Per omnia. ſ. ſeculorꝫ. ā.

Ad beatum Auguſtinum. Oratio

Salue gemma confeſſorum
Auguſtine lux doctorum
ſcriba vite forma morū preſul beatiſſiē
Salua filios tuos qui te hodie cū lau
dibus venerantur et organicis modu
lis tibi cōplacere nituntur. Quantū
vero emolumenti ecc̄lie dei cōtuleris
teſtantur libri quos edidiſti. Teſtātur
et ſacri ordines et modi recte in ea per te
inſtituti. Ceterum. quis tam viuaciter
hereticorum fallacias predicaſq; cōtriuit:
q̄ tu: vn̄ merito eorū malleus vocitaris.
Benedicant igitur te patrem dulciſſimū
cuncti qui nouerūt nomē tuū. O.
christi amator. dignare et nobis impe
trare diuini amoris incendiū. et ab
oībz miſeriis q̄ nos premūt preſidium.
Lapſos erige. debiles conforta. et oībz
quod eis utile fuerit imꝑtra. Fac nos

Inclytam vitā tuam et aliorum ſanctorū
imitari, ut vobis in celeſtibz gaudiis me
reamur aſſociari. Amen.

De ſancto eccl̄ie doctore. Ambroſio

Magnificum doctorē Ambroſiū
hodie cuncti glorificent. et ſe
eius precibz ſedula deuotione cōmendet.
O. clariſſime pater Ambroſi ſuccurre nūc
generi humano. pro cuius ſalute tantū
et ſcribendo et docendo inſudaſti. Cura
igitur ne tanti ſudores vicio nr̄o pereāt.
Dignare nos o ſancte pr̄ in tuā ſanctā
protectiōē ſuſcipere et diuinā benedic
tionem feſtina nobis impendere. Ad
iuua ut hic firmiter in fide et bonis ope
ribus maneamus. quatinus poſt hāc
vitam eterna gaudia apprehendere
valeamus. Amen.

Peccatoris calamitatem temporū ſuorum deplorantis deuotiſſima Oratio.

Patere nos miſericordiarum fons
tecum nr̃as flere miſerias: quiq;
leſorum amantiũ mos eſt, co
fidentius conqueri. quo feruentius amam⁹.
Si fas eſt de angelorum dñ̃o ſemimortuos
uermes lamentari, querelam nr̃am placa
tus admitte: et miſerere qui ſolus potes.
Non accuſatores ſed ſupplices tui queri
mur, ante eternitatis tue ſolium cũ lachri
mis effuſi querimur. Vñ ut querulos in
offenſus audias ſupplicantes piuſq;
exaudias oramus. Nec longo ſermone
Immo nec uerbis ullis opus eſt. vides
conceptus nr̃os. non ſolum anteq̃ ad
linguã: ſed etiam anteq̃ in animũ ueniãt.
Statum vero populi tui non modo tu q̃
omnia conſpicis: ſed vide grauiter
dolemus atq; erubeſcimus: hoſtes etiam
noſtri vident et inſultant dicentes.
Deus dereliquit eos: perſequimini et

cõprehendite eos quoniã non ẽ qui eripiat
Deus ergo ne elongeris a nobis, deus nr̃ i
auxiliũ noſtrum reſpice. et reſpice ut nõ
videas tantũ, ſed ut miſerearis atq; op̃
feras. Ꝙ ſi forte nobiſcum ludis. vide ne
ludus tuus, e quo durior ſit: noſq; nimis
Inualidi ad tam grauia tolerandum.
Tu enim es victor leo de tribu iuda. nos
autem oues paſcue tue ſumus. Vide q̃
impar eſt ludus leonis more niſi deſinis
nos ludendo conficies ac mactabis. Si
iratus es nobis, iram tuam nos meritos
nõ negamus. Sed ubi ẽ illud quod de nob
dictum prophete tui ore credimus. Cũ
iratus fueris miſericordie recordaberis:
Recordare dñe, recordare miſericordie
tue, criminũq; nr̃orum obliuiſcere.
Hec nobis expedit, hoc te decet. Meremur
fateor omne ſuppliciũ. Immo certe
peccatis nr̃is multũ ſuppliciũ par eſt.

fecimus propter que digne iuſteqꝫ nos
punias: et ſcimus quia iuſtus es valde.
ſed duplo miſericordior. Vide non ſine
cauſa propheta idem tuus: anteq̄ te
iuſtum diceret, miſericordem ac miſera
torem dixit. Exortum eſt inquit lumē
rectis: miſericors et miſerator. Vix tādē
ait, et iuſtus. Idem alio loco cū dixiſſet.
Miſericors et iuſtus dn̄s: vides hec paria
confeſtim addidit. Et deus nr̄ miſeretur.
Iram in medio poſuit, geminos hinc
illincqꝫ miſericordie obices adhibuit.
Iramqꝫ circūdedit ne miſericordia
frenante, ſe moueat. Ergo miſericors
Iheſu Chriſte noli queſumus iſta con
fundere, noli licet contumaces in ſer
uos tuos ire frena laxare: cuius īpetū
intra miſericordiam incluſiſti. Noli
intra irā. miſericordiā includere. ſed
iraꝝ immemor offenſaꝝ, miſerere nr̄i.

Nunquid in eternū proiecies dn̄e: aut ī
fine miſericordiā tuā abſcindes a gn̄ati
one in gn̄ationem: Aut obliuiſceris
miſereri deus: aut cōtinebis in ira tua
miſericordias tuas: Ecce dn̄e propheti
ca interrogatio illud ſonat, ne miſeri
cordias in ira cōtineas: ſed potius e diuiſo
ubi nō fortuito vba iactauit, ſed cōſulto
poſuit. unde appareat, ira vnā. miſe
ricordias plures eē. Has ergo miſericordias
tuas mirifica nūc in nobis, qui ſaluos
facis ſperantes in te. A reſiſtentibꝫ dextere
tue cuſtodi nos ut pupillā oculi. Et qui
ingratiſſimū ſemper tibi populū iuda
icū in miſericordias dediſti. apertoqꝫ
mari rubro ad propria reduxiſti. nobis
quoqꝫ mare rubrū aperi, et nouū popu
lum tuū. licet ingratū, certe tuo nōie
gloriantem: da in miſericordias in con
ſpectu oīm qui ceperunt nos, et ſaluos

nos fac dñe: ut experti intelligamus miſe
ricordias dñi et confiteantur tibi miſeri
cordie tue. Cito anticipent nos
quia pauperes facti ſumus nimis. Adiu
ua nos deus ſalutaris nr̃: nõ quidẽ propt
meritum noſtrũ: ſed propter gloriam
nõis tui libera nos, et propicius eſto pctĩs
nr̃is. non quia digni ſumus. ſed propter
nomen tuũ. Et ne forte dicant: quod
certe dicunt in gentibꝫ. ubi eſt dš eorũ:
Ubi ſunt mĩe tue antique dñe: aut q̃d
eſt quod nũc agis: Cõtriuiſti portas
ereas nr̃e captiuitatis: et uectes ferreos
cõfregiſti. et humiliatos ĩ cõpedibꝫ pedes
nr̃os rex eterne ſoluiſti. cur noua nobis
uincula ex eadẽ maſſa te patiente cõfla
tur. Eripuiſti nos de iugo graui. quid
nobis ex eodẽ ſtipite iugũ importabile
reimponis: Reimpoſuiſti enim nr̃o in
dorſo tribulatiões: et hões ſuper capita

nr̃a: atque utinam hões et non beluas fame
licas et immites. Oramus flentes. Ne tradas
beſtijs aĩas cõfitentes tibi: et aĩas pauperũ
tuorum ne obliuiſcaris in fine. Noli nos
a nr̃a iuſtiſſima expectatiõe cõfundere.
Sperauimus in te ꝙ motũ fluctuũ noſtri
maris mitigares. tu qui poteſtati eius do
minaris. ꝗ ꝗꝫ ſuperbũ humiliares et in
brachio uirtutis tue deponeres inimicos
tuos de ouibꝫ lupos. de paſtoribꝫ abactores
nũc uero ſuperbia eoꝝ aſcẽdit ſẽper. hec deo.
Ne queſo confũdas nos ab expectatione
nr̃a ſpes nr̃a chriſte. Qui cũ pr̃e et ſp.

Joannis Pici Mirandule deprecatoria
ad deum.

Alme deus ſũma q̃ maieſtate uerẽdꝰ
Vere unũ ĩ triplici numine numẽ
Cui ſupercelſi flãmantia moenia mundi. habes
Angelici ſeruit turba beata chori.
Cuius et immenſum hoc oculis ſpectabile nr̃is

Omnipotens quondam dextra creauit opus.
Aethera qui torques qui nutu dirigis orbem
Cuius ab imperio fulmina miſſa cadunt.
Parce precor miſeris, noſtras p̄cor ablue ſordes
Ne nos iuſta tui pena furoris agat.
Quod ſi nr̄a pari penſentur debita lance
Et ſit iudicij norma ſeuera tui.
Quis queat horrendum victis ferre flagellū
Vindicis: et plagas ſuſtinuiſſe graues:
Non ipſa irate reſtabit machina dextre
Machina ſupremo non peritura die.
Que mēs non prime dānata ab origīe culpe:
Aut que nō proprio crimine facta nocens:
Aut certe ille ipſe es propriū cui parcere ſemp̄
Iuſticiāq; pari qui pietate tenes:
Premia qui ut meritis lōge maiora rependis
Supplicia admiſſis: ſic leuiora malis.
Namq; tua ē nr̄is maior clementia culpis
Et dare non dignis res mage digna deo eſt.
Quamq; ſat dignū: ſi quos dignatur amare

Qui quos non dignos inuenit ipſe facit:
Ergo tuos placido miſerans precor aſpice vultu.
Seu ſeruos mauis ſeu magis eſſe reos:
Nempe reos: noſtre ſi ſpectes crimina vite.
Ingrate nimium crimina mentis opus
At tua ſi potius in nobis munera cernas
Munera precipuis nobilitata bonis
Nos ſumus ipſa olim tibi quos natura nr̄os
Mox fecit natos gratia ſancta tuos.
Sed premit heu miſeros tāte indulgētia ſortis
Quos fecit natos gratia: culpa reos.
Culpa reos fecit/ ſed vincat gratia culpam
Vt tuus in noſtro crimine creſcat honor:
Nam tua ſiue aliter ſapientia: ſiue poteſtas
Nota ſuas mundo prodere poſſit opes
Maior in erratis bonitatis gloria noſtris
Illeq; pre cunctis fulget amandus amor
Qui potuit celo dominum deducere ab alto
Inq; cruce ſummi tollere membra dei.
Vt male contractas patrio de ſemine ſordes

Abluerit lateris ſanguis et vnda tui
Tu amor et pietas tua rex mitiſſime / tantis
Dat mala materiam ſuppeditare bonis
O amor o pietas noſtris bene prouida rebus
O bonitas ſerui facta miniſtra tui
O amor o pietas noſtris male cognita ſeclis
O bonitas noſtris nunc prope victa malis
Da precor huic tanto: qui ſemper feruet amori
Ardorem in noſtris cordibus eſſe parem:
Da ſathane imperium cui tot ſeruiſſe per ānos
Poenitet: excuſſo depoſuiſſe iugo
Da precor extingui veſane incendia mentis
Et tuus in noſtro pectore viuat amor
Vt cum mortalis perfunctus munere vite
Ductus erit dominum ſpūs ante ſuum
Promiſſi regni fœlici ſorte potitus
Non dominum, ſed te ſentiat eſſe patrem
Finis.

SVMVS: OVIV̄: PASTOR: CHRISTVS:
OVILE: SVV̄: PETRO: CŌMITTIT

Forte ſub arborei vitalis tegminis vmbra
Sederat eternus paſtor, petrūqȝ ſubulcū
Qui teneras pecudes et ſepta redempta cruore.
Paſceret effuſo: medijs reuocauit ab aruis
Hisqȝ relinquendam verbis commiſit ouile
Solus amor, me me mundanā incurrere mortem
Fecit, ut hinc primum vita frueretur amica
Quondam extincta pecus, nūc duro parta labore
Paſcua, nunc demū pecus o petre nouellas
Linquimus, atqȝ tibi totū committimus agrū.
Si te noſtra mouet fidum clementia, ſi te
Noſter amor, teneros agnos mitesqȝ bidentes
Quas mihi ſumma dedit celeſtis dextra parentis
Paſce, nec cunctſa ſuffer langueſcere lana.
Porta hec anguſta eſt, paſtor quia paſcua ſi quis
Noſtra ſubet, vigilem nouit deprehendere curam
Non ut faſtoſos luxus, mollemqȝ quietem
Carpat, et infrenam ſtudeat deducere vitam

Hac inires opus eſt recta directus amuſſi
Non qua fur latitans aut dira ſimonia tortũ
Monſtrat iter, nigri fumoſum ditis in antrũ
Nunc ſperatus honos et anhela numiſmata trudat
Si te praua terant longe faſtidia cure
Si labor immenſus fructus inſtura recentes
Arbor adeſt, noſtri limes certiſſimus agri
Aut vmbras ſalubres aut poma feracia ſemper
Reddit, et oppreſſum releuat guſtata cerebrum
Qui et nocturnos lemures aſtuſq; lupinos
Tutior eluctes, in obortos ſume tumultus
forte pedum, teneros illo moderaberis agnos
Illo turba cadet veterum pulſata luporum
Et tua quod maius fit noſtri potentia fortem
Ecce damus clauem, qua celica limina pandes
Vinculaque facias celis et facta ſuperius
Diximus, hec ſoluas, celis et ſoluimus ipſis
Hic meus hic grex eſt candida vellera diues
Porrigit, at caueas lanam dũ vellis amatam
Ne mala fallaci facias diſpendia mundo

Ne ſpurcam venerem vanoſq; ſequaris honores
Quis pereas atra paſtor temerarius hora
Finit.

PRELATVS: INVITATVR: A: DEO: AD: AIAS: INSTRVẼDAS: EX: BERNARDO

Ad animas reuiſendas, corrigendas, inſtruendas, ſaluandas, anima perfectior inuitatur, que tamen id miniſterium ſortita ſit, nõ ſua ambitione ſed vocata a deo tanquam aaron. porro inuitatio ipſa quid eſt niſi quedam intima ſtimulatio charitatis pie nos ſolicitantis emulari fraternam ſalutem, emulari decorem domus dei, incrementa lucrorum eius, incrementa frugum iuſticie eius, laudem et gloriam eius. Iſtiuſmodi itaq; circa deum religionis affectib; quotiens is qui aĩas regere, aut ſtudio predicationis ex officio intendere habet, hominẽ ſuũ interiorẽ ſenſerit permoueri, totiens pro certo deũ adeſſe intelligat, totiens ſe ab illo ad aĩas inuitari. Ad quid: niſi ut euellat, et deſtruat, et edificet et plantet:

DE : HIS : QVI : MALE : DESERVIVNT : ATQVE : EXPEDVNT : QVE : DE : ECCLIS : HABET

V e tibi clerice. Mors in olla. mors ī ollis car
nium. Mors in huiuſmodi delicijs eſt.
Non quia ſecus introitum delectationis poſita eſſe
cognoſcitur, ſed ob id maxime, quia populi conſtat
eſſe peccata que comedis. Sumptus eccleſiaſticos
gratis habere te reputas cantando ut aiunt bona
tibi prouenire videntur: ſed bonū erat fodere magis
aut etiam mendicare. Peccata enim populi comedis,
ac ſi propria tibi minus ſufficere viderentur. Solicitus
eſto tanq̄ redditurus rationem. dignos pro eis gemitus
fundere: dignos agere penitentie fructus. Alioquin
tibi noueris imputanda: que modo inter delicias
comedis et parum pendis, et diſſimulas tanq̄ nihil
attinentia tibi. O iudiciorum dei abyſſus multa.
O. terribilis deus in conſilijs ſuper filios hominum.
Fruſtra incipient miſeri dicere montib;, cadite
ſuper nos, et collib; operite nos. Venient ante tribu
nal chriſti. Audietur populorum querela grauis
accuſatio dura; quorum vixere ſp ſtipendiis, nec diluere
peccata. quib; facti ſunt duces ceci, fraudulenti
mediatores. Quid tibi inſipiens delicie ſapiunt,
quid diuitie ille oblectant oculos, quib; mercaris
tā graue iudicium: tā dure temetipſum obligas
rationi? Uniuerſa quidem uſq; ad quadrantem vni
nouiſſimum exigeris

DE COLLOQVIO : SIMONIS : ET : IHESV :

[Est] Dignum eſt ut qui altario deſeruit de altario
viuat. Viuat de altario inq̄. Non ſuperbiat, nō luxu
rietur, non ditetur, non clericatu diues ex paupere
fiat, ex ignobili glorioſus. Non ſibi de bonis eccleſie
ampla palacia fabricet, non loculos inde cōgreget.
nec in vanitate aut ſuperfluitate diſpergat. No
extollat de facultatib; eccl̄ie conſanguineos ſuos
aut nepotes. ne filias diuerum nuptui tradat.
Conceditur ergo tibi ut ſi biū deſeruis, de altario
viuas, Non autem ut de altario luxurieris, ut inde
cōpares tibi frena aurea. ſellas depictas. calcaria
deargentata. et alia his ſimilia. Hec Bernardus.

DE: CLAMORE: PAUPERŨ: AD: PÕTIFICES: ET: PRELATOS: BERNARDUS:

Clamat penuria pauperum, clamant nudi, clamant famelici conqueruntur et dicunt. Dicite pontifices, in freno quid facit aurum? Nunquid aurum a freno repellit frigus ſiue eſuriem? Nobis fame et frigore miſerabiliter laborantibȝ, quid cõferunt tot mutatoria, uel extenſa in perticis, vel plicata ĩ manticis? Noſtrum ẽ quod effunditis, nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expenditis. Et nos enim dei plaſmatio chriſti et nos ſanguĩe redempti ſumus. Nos ergo fratres veſtri. Videte quale ſit de fraterna portione paſcere oculos veſtros. Vita nr̃a cedit vobis in ſuperfluas copias. Noſtris neceſſitatibȝ detrahitur, quicquid accedit vanitatibus veſtris. Duo denique mala de una procedunt radice iniquitatis, dum et vos vanitando perditis, et nos ſpoliando perimitis. Iumenta gradiuntur onuſta gẽmis, et nr̃a nõ curatis.

VIRTUS: ET: VOLUPTAS: INTERLOCUTRICES

Quid facis excelſo reſidens in
vertice virtus:
Ad celſa hinc hominum ſidera pando viam
Nec via cur paucis eſt peruia? Vir. Tu te voluptas
Difficili ad ſuperos limine reddis iter
Tu me difficilem credis mortalibus: illis
Delicias faciles: et bona cuncta fero
Te ſine gens hominum nullos perpeſſa dolores
Vinceret, ac facili ſcanderet aſtra gradu
Me ſine nulla eſſent hominum ſolatia: curis
Obrutus, erumnas iret in herculeas
Que tu mella paras, fiunt abſinthia, nec ſunt
Gaudia, que ſecum tedia mille ferant
Tu nec mella hominum, nec prebes gaudia, tantum
Promittis, capiet que leuis aura decus
Tu decus et cunctis vite mortalis honores
Deſtruis, eſtque tibi dedecus omne comes
Q ſis vana docent iſtec conuicia, quiſquis



Inclitus eſt, contemne cupit eſſe ſui
Inclita que fuerant ſiunt ingloria. du tu
Perſuades claris turpia facta viris
Turpia nequaq̄ ſunt hec dicenda laborum
Premia, mercedem quodq; meretur opus
Digna eſt deliciis merces infamia: digna
Talia ſunt ſuaſu premia parta tuo
Tu fruſtra obloqueris voceſq; effundis inaneis
Dulcius in terris me nihil eſſe poteſt
Dulcia nunc miſero tua ſunt cōmentia mūdo
Que mox perpetui cauſa doloris erunt.
Finit.

HESIODVM: CARMEN

Virtutem poſuere dei ſudore parandam
Arduus eſt ad eam longuſq; per ardua callis
Aſper et eſt primum, ſed ubi alta cacumina tāges
Fit facilis que dura prius fuit inclyta virtus.

IN VIRTVTE LABOR



Somnolentiam et mortalium torpore
qui in deliciis vitam agunt, nihil
adeo excutit ut ipſarum penarum terror. Que
paſſim nobis inculcāt ſacri canones. Admone
bat tante calamitatis David cum dixit. Cōuer
tantur peccatores in infernū. oēs gentes q̄ obliuiſ
cuntur deum. Tanti preterea infortunii uiſſit
cos ēē inmemores Solomon qui in ocio et volupta
tibz cōſeneſcunt. Eccleſiaſtes xi°. Si ānis multis
vixerit hō, et in his oībz letus fuerit, meminiſſe
debet tenebroſi temporis et dierum multorū, qui
cum venerint vanitatis arguentur preterita
Quis neſcit Solomonem ſuis temporibz volup
tuariam egiſſe vitam, ocio, luxu, ſcortationibus
mixtis infamē? In his tñ quibz oblectabatur
et quorū deſiderio arctiſſīe tenebatur. laborem
predicat et afflictionem ſpūs Reſarciendi igr̄
male acte vite damna, qualiter idem Solomon
vir alioqui ſapientiſſimus ſuadeat diligenter
attende. Eccleſi. 9°. Quodcūq; facere pōt manus





tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec
ſapientia, nec ſcientia, erunt apud inferos, quo tu
properas. Nihil ergo ſegniter agendum dum hic
peregrinamur a dño; ſed oĩa impigre, diligenter,
et ſollicite authore etiam Paulo ſollicitudĩe nõ pigri.
Hanc penarum formidĩe tanq̃ noſtre ſalutis preci
puum cardinem cõmendat petrus. In timore inquit
incolatus vři tempore cõverſamini. Neq; expectanda
dies in qua nullus venie locus, nulle precationes
valide, et criminũ ſera penitudo ad aures domini
Sabaoth aditum nullum habebit. De qua ampliſ
ſimũ ſapientie. S.º teſtimonium adducere optimũ
iudicavi. Videntes turbabuntur timore horri
bili et mirabuntur in ſubitatione inſperate
ſalutis, gementes pre anguſtia ſpiritus dicẽtes
intra ſe penitentiam agentes, et pre anguſtia
ſpiritus gementes. Erravimus a via veritatis,
Juſticie lumen non luxit nobis, et ſol ĩtelligẽtie
non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via ini
quitatis et perditionis, ambulavimus vias

difficiles, viam autem dñi ignoravimus. Quid nobis
profuit ſuperbia, aut divitiarum iactantia contulit
nobis, tranſierunt tanq̃ umbra et tanq̃ nuntius
precurrens, et tanq̃ navis que tranſit fluctuantẽ
aquam, aut avis que tranſvolat in aere, aut tanq̃
ſagitta emiſſa in deſtinatum locum. Talia dixerunt
in inferno qui peccaverunt.

Si autem exacte et adamuſſim omnia que de
exigendis ab improbis penis ſeu tormentis futuris
ſcrutanda eſſent, importabilis labor et nullis ferẽdus
humeris. Cum tota ſacra pagina innumeris ſcateat
teſtimoniis, que huic tam arduo et pene ĩcredibili
negotio indubiam et ſynceram fidem afferant, ſat
erit pauca ex multis ſtrictim dicere. Velim primo
occurrat mortalium oculis nunq̃ finiendus teterrimus
ille tormentorum metus paratus in vaſa ire quorũ
craſſus ille et obeſus quondã dives epulo
qui nec frigentis aque guttula dignus fuit, quã
multis lachrimis votiſq; expetitam necdũ obtinuit,
et cum patris Abrahã ſperaret preſens auxilium.

male ab eo audiuit. fili recordare quia in vita ſuſcepiſti
bona, lazarus ſimiliter mala. magnum chaos inter
nos et vos firmatum eſt. Non putes chriſtianiſſime
lector has eſſe nugas aniles vel fabulas. huius rei
author eſt chriſtus dux noſter inuictiſſimus qui
deſcendit in inferiores partes terre, qui deſcendit
ipſe eſt qui aſcendit. Huic credimus qui vera vita
et veritas eſt. Qui et ſi mortem viliſſimam non
horruerit, mendacium tanq̃ venenũ p̃ſentiſſimũ
vitandum voluit, et a religione Chriſtiana prorſus
alienum. Nec te pigeat tantũ audire preceptorẽ
magiſtrũ et cenſorem grauiſſimum quiſquis
eius ſanguine diuino comparatus es. Attende
quid mattheus dicat. Ibunt ij in ſupplicium eternum
Diſcedite maledicti in ignem eternũ. qui paratus ẽ
diabolo et angelis eius, paleas autem comburet
igni inextinguibili. Aſtipulatur huic et ſententie
Paulus teſſalonicenſes alloquens. Penas dabunt
in interitu eternas. Aſſerit et iudas malos genios
quos cacodemonas et ſalutis nr̃e hoſtes appellamus

vinculis eternis ſub caligine reſeruari. Vtinam
cecutientes mundi amatores hec tanq̃ preſentia
viderent imitati Dauidem prophetam eximium
Annos inquit eternos in mente habui. Que autẽ
non videntur eterna ſunt. paulo atteſtante. Inde
communis error ſicq; hallucinantur hoĩes ut neglectis
ſupermundanis totis velis nauigent ad infeliciſſimũ
Gehenne portum, nimia rerum mundalium illecti
cupidine. Trahit quemq; ſua voluptas. Cuius
dicti aſſertor iacobus Vnuſquiſq; tentatur a ſua
cõcupiſcentia abſtractus et illectus.

Quis obſecro de penarum impunitate ſibi
blanditur. Cum preclarum omnipotentis dei
opus Angelus ille initio beatum dei qui ſicut
lucifer mane oriebatur ex tam ſublimi faſtigio
deiectus et exturbatus fuerit. parique cenſura in
ſue factionis angelos animaduerſum eſt.
Quorum ruinam et turpem caſum lucide Petrus
expreſſit. Angelis inquit deus peccantibus nõ
pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in infernum

tradidit cruciandos in iudicium reſeruari Vbi
angeli fortitudine et uirtute cum ſint maiores
non portant aduerſum ſe execrabile iudicium
Execrabile merito iudicium Petrus apellat, quod
nullis ſuffragijs aliquando releuandum aut
miſerorum refugio appellationis, aut iudicis corrupto
pecunijs animo uiolandum, Quis igitur morta
lium qui domos habitant luteas tantas non horreat
penas? Adeſt Jacobus teſtis non paruifaciendus
Demones credunt et cōtremiſcunt, utpote tanti
mali non ignari, qui in noſtram et ſuā ipſam
perniciem coniurant. Reſipiſcant igitur aliq̄
ſeculi huius et uoluptatum inſani amatores
quos inebriauit babilon illa apud apocalipſim
Joannis. fornicationum et turpitudinis meretrix
gemmis purpuraqꝫ inſignita
Hactenus.
Memorare nouiſſima tua:
Et in eternū non peccabis.
Ecclē.ˢ quinto.

CONSOLATORIA: ET EXITATORIA: PICI: MIRADVLE: EPISTOLE: AD NEPOTEM: SVV̄

Diſcedenti tibi a me plurimas ſtatim ad malū
oblatas occaſiones que te perturbent, et
arrepto bene uiuendi propoſito aduerſentur. Non eſt fili
q̄ admireris: ſed neqꝫ q̄ doleas, aut expaueſcas. Quantū
illud potius eſſet miraculum, ſi tibi uni inter mortales
ſine ſudore uia pateret ad celum. quaſi nunc primum et
fallax mundus, et malus demon eſſe deſineret, aut
quaſi tam carne adhuc non eſſes que concupiſcit ad
uerſus ſpiritum et (niſi ſaluti noſtre uigiles perſpi
cerimus) circeis ebrios poculis in prodigioſas brutorum
ſpecies illecebroſa deformat. Sed et gaudendum tibi eſſe
affirmat Jacobus ſcribens. Gaudete fratres cum in te
tationes uarias incideritis. Nec immerito. Que enim ſpes
glorie, ſi nulla ſit ſpes uictorie? aut uictorie locus quis
eſſe poteſt, ubi pugna non eſt? Vocatur ad coronam
qui prouocatur ad pugnam, atqꝫ ad eam preſertim in
qua nemo uinci poteſt inuitus: neqꝫ alijs nobis, ut
uincamus uiribus opus eſt q̄n ut uincere ipſi uolumꝰ.

Magna christianum felicitas quando et in eius
arbitrio poſita eſt victoria: et omnium vincentis voto,
omnique expectatione maiora futura ſunt premia.
Dic queſo fili chariſſime: eſt ne aliquid in hac
vita ex his quorum libido terrenas agitat mentes,
pro quo adipiſcendo non multi prius ſubeundi
labores multa indigna et miſera toleranda ſint.
Bene actum ſecum putat mercator: ſi poſt decen-
nem navigationem, poſt mille incommoda, mille
vite diſcrimina, rem ſibi comparaverit paulo
uberiorem. De militia ſeculi nihil eſt quod ad te
ſcribam. cuius miſerias ipſa ſatis te docuit et docet
experientia. In principum gratia promerenda: in
equalium amicitiis conciliandis, in honoribus
ambiendis, que moles moleſtiarum, quantum
anxietatis, quantum ſit ſollicitudinis, ex te ego diſcere
potius poſſum quam te docere. qui meis libris meoque
ociolo contentus, a pueris uſque intra fortunam vivere
didici et quantum poſſum apud me habitans, nihil
ultra meipſum ſuſpiro vel ambio.

Sed inter omnia exitialis illa eſt peſtis. verſari
inter eos dies et noctes quorum vita non ſolum omni
ex parte illecebra eſt peccati, ſed totam expugnanda
virtute poſita ſub imperatore diabolo, ſub vexillis
mortis, ſub ſtipendiis gehenne, militat adverſus celum,
adverſus dominum et adverſus chriſtum eius.
Tu autem clama cum propheta. Dirupamus
vincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipſorum.
Hi ſunt enim quos tradidit deus in paſſiones igno-
minie et in reprobum ſenſum: ut faciant que non conveniunt:
plenos omni iniquitate, plenos invidia, homicidiis, contentione,
dolo, malignitate, detractores, deo odibiles, contumelioſos,
ſuperbos, elatos, inventores malorum, inſipientes, inco-
poſitos, ſine affectione, ſine federe, ſine miſericordia.
Qui cum iuſticiam dei quotidie videant, non intelligunt
tamen: quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte,
non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt
facientibus.
Tu igitur fili noli illis placere quibus ipſa
diſplicet virtus. Sed illud apoſtoli. ſemper tibi ante

oculos ſit. Oportet deo magis placere q̄ hominibus
Et illud. Si hominibus placerem, christi seruus
non eſſem.

Inuadat te ſancta quedam ambitio: et dedi
gneris eos tibi vite eſſe magiſtros, qui te potius
preceptore indigeant, Longe enim decentius ut
ipſi tecum bene viuendo homines eſſe incipiant
q̄ ut tu velis per omiſſionem boni propoſiti cū
illis turpiter obbruteſcere.

IS Tenet me (Deum teſtor) aliquando
extaſis quaſi et ſtupor quidam: Cum mecum
incipio ſtudia hominum aut ut dixerim ſigni
ficantius meras inſanias. neſcio an cogitare potiꝰ
q̄ dolere: mirari an deplorare.

Magna profecto inſania. euangelio non
credere. cuius veritatem ſanguis martyrum
clamat, apoſtolice reſonant voces, prodigia probat
ratio confirmat, mundus teſtatur, elementa
loquūtur, demones confitentur, Sed longe maior
inſania, ſi de euangelii veritate non dubitas.

DE COLLOQVIO: SIMONIS: ET IHESV [illegible]
EX B[illegible]

i conſideremus fratres Chariſſimi q̄
et quanta ſunt que nobis promittūtur
in celis, vileſcunt animo oīa que habentur in terris
Que autem lingua dicere, aut quis intellectus capere
ſufficit illa ſuperne ciuitatis quanta ſint gaudia,
angelorū choris intereſſe, cū beatiſſimis ſpiritibus
glorie conditoris aſſiſtere, preſentē dei vultū cernere,
incircūſcriptum lumen videre, nullo mortis metu
affici, incorruptionis perpetue munere letari:

BEATVS: ANSELMVS:

Cur per multa vagaris homūcio querendo
bona aīe tue et corporis tui: Ama vnū bonū in quo
ſunt oīa bona et ſufficit. Si te delectat pulchritudo,
fulgebunt iuſti ſicut ſol. Si fortitudo aut corpor
agilitas, erunt ſimiles angelis dei, Si longa et ſalu
bris vita, ibi ſana eſt eternitas et eterna ſanitas.
q2. iuſti īperpetuū viuent. Si ſatietas, ſaturabūtur
cum apparuerit glīa dei. Si ebrietas, inebriabuntur

ab ubertate domus eius. Si melodia, ibi angelorū chori
concinunt, deo ſine fine. Si quelibet munda voluptas,
torrente voluptatis ſue potabit eos deus. Si ſapientia,
ipſa dei ſapientia oſtendet ſeipſam. Si amicicia, diliget
deum plusq̄ ſeipſos. Si concordia, omnibȝ illis erit
una voluntas. Si poteſtas, omnipotentes erunt. Si
honor et divitie, deus bonos et fideles ſervos ſupra multa
bona conſtituet. Immo filij dei vocabuntur.

Interroga intima tua: ſi capere poſſunt tantū gaudiū
de tanta beatitudine ſua. O. igitur ceci mundani qui
paradiſum facitis de hoc mundo, qui eſt paradiſus
aſinorum: cur ſurſum corda non erigitis: Audite
ſurdi Hieronymum ad Euſtochiū, ita ſcribentem

Quotiens te vana ſeculi ambitio delectat,
quotiens ibi videris aliquid glorioſum, ad paradiſū
mente tranſgredere, et eſſe incipe quod futura es.
Egredere paulisper de carcere corporis tui, et preſentis
laboris mercedem ante oculos depinge. quam oculus
non vidit, nec auris audivit, nec ī cor hominis aſcendit.

Hec Hieronymus.

Ergo terrena hec caduca, incerta, vilia, et cum
brutis quoqȝ nobis cōmunia, ſudantes etiam et anhelātes
vix conſequemur, ad celeſtia atqȝ divina que nec
oculus vidit, neqȝ auris audivit, neqȝ cor cogitavit
ſomniculoſi et dormientes et prope modū inuiti a dijs
trahemur: quaſi ſine nobis aut deus regnare, aut
celeſtes illi cives beati eſſe non poſſint:

Profecto ſi terrena felicitas ocioſis nobis cōpara
retur, poſſet aliquis laborem detractans malle mūdo
ſervire q̄ deo. ſed ſi nihil minus q̄ in via dei, immo
longe magis in peccatorū via fatigamur (Vide illa vox
dānatorum. Laſſati ſumus in via iniquitatis) non
poteſt non extreme eſſe dementie: ibi nolle potius
laborare, ubi a labore itur ad mercedem, q̄ ubi a labore
itur ad ſupplicium.

Mitto quanta ſit illa pax, quantaqȝ ſit feli
citas animi, nihil conſcire ſibi, nulla palleſcere
culpa, que procul dubio voluptatibus omnibȝ que
poſſideri vel optari poſſunt in vita, longe p̄ponderat.

Quid enim optabile in voluptatibȝ mundi

quedam queruntur fatigant, cum acquiruntur infatuant,
cum ammittuntur excruciant,
Dubitas fili impiorum mentes perpetuis curis non
agitari: Verbum est dei qui nec falli potest nec fallere.
Cor impii quasi mare feruens, quod quiescere non potest.
Nihil enim illis est tutum. nihil est pacatum, omnia
metum, omnia curas intentant, omnia mortem. His
ne igitur inuidebimus? hos emulabimur? Et obliti
proprie dignitatis, obliti patrie, patrisque celestis, homi
nos ipsi, cum liberi simus nati, ultro mancipia facie
mus? et una cum illis misere uiuentes, morientes
miserius, miserrime tandem eternis ignibus affligamur.
O. cecas hominum mentes. o pectora ceca. quis non
uideat uel luce clarius hec omnia esse ipsa ueritate ueriora;
nec tamen facimus que facienda esse cognoscimus,
sed heremus adhuc, nec quicquam cerno cupientes auellere
plantam. Occurrent tibi fili (ne dubita) in his presertim
locis in quibus habitas innumera singulis horis impe
dimenta: que te proposito sancte beneque uiuendi
deterreant, et (nisi caueas) agant in preceps.

uiuere tamen quasi de eius falsitate non dubitarem.
Nam si illa sunt uera difficillimum est diuitem
ingredi regnum celorum: quid cumulandis
quotidie diuitiis inhiamus? Et si illud est uerum,
querendam gloriam, non que ex hominibus: sed
que ex deo est, cur de iudiciis hominum semper pende
mus? Deo placere nemo est qui caret. Et si
firma est in nobis fides: futurum aliquando: ut
dominus dicat. Ite maledicti in ignem eternum,
Et rursus. Venite benedicti possidere regnum
paratum uobis a constitutione mundi. Cur
nihil minus aut timemus quam gehennam: aut
speramus quam regnum dei Quid aliud possumus
dicere quam multos esse christianos nomine: sed re,
paucissimos? Tu uero fili contende intrare per
angustam portam: nec quid multi agant
intende. sed quid agendum. ipsa tibi nature
lex, ipsa ratio, ipse deus ostendet. Neque enim
minor erit tua gloria, si felix eris cum paucis.
aut leuior pena, si miser eris cum multis.

Erunt autem duo precipue preſentiſſima
tibi remedia aduerſus mundum et ſathanam.
quibus, quaſi duabus alis de lachrymarū valle
tolleris in altum. Elemoſina .ſ. et oratio. Quo
cum poſſumus ſine auxilio dei: aut quomodo ille
auxiliabitur nō inuocatus? Sed inuocantem te certe
non audiet, qui inuocantem prius pauperē non
exaudiſti, neqꝫ enim decet ut te deus hominē nō conte
mat. qui prius hō hominē contempſiſti. Scriptū ē.
in qua menſura menſi fueritis remetietur vobis.

Cum aūte te ad orationem inuito, nō ad ea
inuito, que in multiloquio eſt: ſed que in ſecreto
mentis receſſu: in penetralibꝫ animi, ipſo affectu,
loquitur deo, et in lucidiſſima contemplationis tenebra
mente patri non preſentat modo, ſed vult ineffabilibꝫ
quibuſdā modis quos ſoli norunt experti. Nec curo qꝫ
longa ſit oratio tua: ſed qꝫ efficax, qꝫ ſit ardens, īterrupta
potius ſuſpirijs, qꝫ perpetua quadā ſerie dictionū. mi
nimeqꝫ diffuſa.

Sed hic finis eſto modusqꝫ libello.

Primo manibus & facie lotis anteq̄ exeas domū
vel cameram; quolibet mane genibus flexis deuotius
& attentius quo poteris dices ſequentia. Primo
Signabis te ſigno ſancte crucis ✠ Et dices ad lon
gum. Pſalmum Deus miſereatur noſtri; etc. cū glia
Credo in deum etc. Deinde ſubiunges. Añ de
trinitate. ſꝫ Te inuocamus, te adoramus te glorifica
mus o beata et glorioſa trinitas. Vs Sit nomen dñi
benedictum ℟ Ex hoc nunc et vſque in ſeculum Orō
Protector in te ſperantium. etc. Deinde dicas te. pr
nr̄ et aue maria in honorē ſancte trinitatis Poſt modū
ſubiunges. Ad xpm̄. Adoro te domine Ihesu xpe hic
et ad omnes eccleſias tuas que ſunt in toto mundo et
benedico tibi quia per ſanctam crucem tuam redemiſti
mundum Qui paſſus es pro nobis Domine miſerere
nobis ✠ Ecce ſignum crucis fugite partes aduerſe
Vicit leo de tribu iuda radix dauid alleluya Christus
Vincit Christus regnat Christus imperat Christus
ab omni malo me deffendat Per ſignum crucis ab inimicis
noſtris ✠ libera nos deus noſter Vs Omnis terra adoret

te et pſallat tibi ℟ Pſalmum dicat nomini tuo
orō Perpetua nos queſumus domine pace cuſtodi
quos per lignum ſancte crucis redimere dignatus
es per xp̄um dominū noſtrum Amen

✠

Titulus triumphalis paſſionis domini nr̄i ieſu
xp̄i me deffendat ab omnibus malis et periculis
ita vt nullus inimicus inuiſibilis aut viſibilis
mihi nocere valeat ne in corpore nec in anima
nec in rebus nec in fama ✠ ieſus ✠ naza
renus ✠ rex ✠ iudeorum ✠ Crucem
portabat ſuper humeros ad locum penarum Vt
in medio terre ſuper montem caluarie ſalutem opera
retur omnium ſaluandorum Et ſicut abſque leſione
ſua diuina poteſtate per medium ſuorum inimicorū
tranſibat ſicut ſcriptum eſt Ieſus autem tranſiēs
per medium illorum ibat ✠ ieſus autem ✠ dic
quinquies . Sic poſſum tranſire per mediū inimi
corum meorum viſibilium et inuiſibilium abſq
mei detrimento preſtante eodem domino nr̄o

Ieſu xp̄o qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit et
regnat in ſecula ſeculorum Amen

Ad Virginem Mariam

Antiph . Sub tuum preſidium confugimus ſancta
dei genitrix noſtras deprecationes ne deſpicias in
neceſſitatibus ſed a periculis cunctis libera nos ſemper
virgo benedicta · h⁹. Maria mater gratie et
Gloria tibi domine et amen . V̄s . In omni tribulatiōe
et anguſtia ℟ ſuccurat me virgo maria . orō . Concede
miſericors deus fragilitati nr̄e preſidium vt qui ſancte
dei genitricis memoriam agimus interceſſionis eius
auxilio a noſtris iniquitatibus reſurgamus Per xp̄um
dominū nr̄um Amen

Ad proprium Angelum

Angele dei qui meus es cuſtos pietate ſuperna me tibi
commiſſum Serua deffende guberna Vt me pauſentē
cuſtodias ac vigilantem quatinus nullius inimici michi
nocere valeat caterua Sed tranſeundo per bona tempo
ralia quando deo placuerit vna tecum valeam ſcandere

regna celeſtia Amen. Vs

In conſpectu angelorum pſalem tibi deus meus. R

Adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor

nomini tuo domine. Oratio

Deus qui miro ordine angelorum — le.

Bonus liber

manibus

124

1149